












IO. CHRIST. WILH. DE STECK

OBSERVATIONUM

SUBSECIVARUM

SPECIMEN.



HALAE,

APUD IOANNEM IACOBUM GEBAUER.

MDCCLXXIX.

IN CHRIS. WILL. DE BUCK

OBSEKVATIONUM

SUBSECVARUM

S P E C I M E N

KÖN. PR. FR.  
UNIVERS.  
ZVHALIE



HALA

AD IANUARIUM ANNO REGNI

MDCCLXXIX







CAPUT I.  
DE FEMINA OBSIDE.


**O**bsides, cum fidei sint pignora, et firmandorum foederum causa obligentur, non nisi mares, aetate, nobilitate generis, opibus, dignitate florentes exigi, dari, et accipi solent. Romanis mos erat, regum filios, et principes populorum, nec minores quatuordecim, nec quadraginta annis maiores postulare obsides, et sumere <sup>a)</sup>. Quin a Carthaginiensibus inter alias pacis conditiones a Romanis dictas obsides postulati centum, nec minores quatuordecim, nec annis triginta maiores <sup>b)</sup>.

Feminae, quo minus pignori dentur, sexus imbellicitas, pudicitia, et verecundia vetare videntur. Sed et illas humanissimus mortalium et politissimus populus obsides dedit et accepit eo consilio, ut feminae

A 2 quo-

a) Iustinus Hist. L. 32. C. 2. L. 34. C. 3. 4. L. 42.  
C. 5. T. Livius Hist. L. 38. C. 38.

b) Livius Hist. L. 30. C. 37.



quoque ad publica decora excitarentur <sup>c</sup>). Ita pacis cum Porfena compositae obsides etiam virgines datae nobiles, interque illas Cloelia, ob virtutem eximiam statua equestri donata <sup>d</sup>). Apud Germaniae populos sanctissima fidei religione et custodia inclytos tanta fuit feminarum auctoritas caritasque, ut efficacius civitatum animi obligari existimarentur, quibus inter obsides puellae nobiles imperarentur <sup>e</sup>). Fuerunt populi, qui marium pignora negligenter, obsidesque viros desererent. Ab his Octavianus Augustus non mares, sed feminas fidei pignora poposcit <sup>f</sup>). Novum hoc genus obsidum vocat Suetonius, reprehensus ideo a nonnullis, quod exempla feminarum pignori datarum ignoraverit. Verum male mihi Suetonius intelligi videtur. Non enim feminas a Romanis obsides datas esse et acceptas negat; sed imperari et exigi novum, infuetumque putat <sup>g</sup>).

Caeterum facile intelligitur, sanctissimam feminarum et puellarum pignoris nexu obstrictarum oportere esse custodiam, illarumque pudicitiam ab insidiis et omni vi tutam, virtutemque earum apud hostem quoque tectam, salvamque esse debere et honoratam <sup>h</sup>).

## CAPUT

<sup>c</sup>) Livius Hist. L. II. C. 13.

<sup>d</sup>) Livius L. II. Hist. C. 13.

<sup>e</sup>) C. Tacitus de situ, morib. et pop. Germ. C. VIII.

<sup>f</sup>) C. Suetonius C. XXI. Octav.

<sup>g</sup>) Ernesti V. C. Obs. ad C. 21. Suetonii Octav. p. 97.

<sup>h</sup>) Livius L. II. Hist. C. 13.



## CAPUT II.

DE

## VASALLO OBSIDE.

**O**bsides respublica etiam invitos cives et reluctantes dare, nemoque huic sese muneri subducere potest <sup>i</sup>). Sed an is, qui non est civis ac subditus, verum beneficiarius, clientelae tantum nexu adstrictus, ad subeundum istud munus compelli possit, alia est quaestio. Eo usque illius obsequium et reverentiam non pertingere contendit Grotius <sup>k</sup>). Verum enim vero istud officium olim apud Germaniae populos solita vasalli obligatione comprehensum fuisse videtur. Cum enim praecipuum robur et firmitas foederum, pacis, et publicorum cuiuscunque generis pactorum medio aevo poneretur in sponcione, vadimonio, ac fideiussione illorum, qui vel beneficii, vel arctiori nexu ministerii principibus obstricti erant: horum nobilissimum officii genus consistebat in eo, ut sese obsides pro dominis darent, seu ut hoc aevo loquendi mos erat, *obstagios* se ac *hostagios* pro illo facerent <sup>l</sup>).


A 3

Ple-

<sup>i</sup>) Hugo Grotius de iure belli ac pacis. L. III. C. XX. §. 52.

<sup>k</sup>) de iure belli ac pacis. L. III. C. XX. §. 52. de Vattel: Elem. du droit des Gens P. I. §. 252.

<sup>l</sup>) Mascovius de iur. feud. C. III. §. 44. C. XI. §. 22.



*Plegii* eius generis obfides, vades, fideiuffores vocabantur hac aetate, *obftagii*, *hoftagii*, nec ulla facile conventio sine illorum interceffione pangebatur <sup>m</sup>).

Imo et feminae, quae nexu beneficii vel ministerii domino alligatae erant, obfidum munus ad firmandas illius pactiones tenebantur fufcipere <sup>n</sup>). Sunt quoque exempla beneficiorum ea lege et conditione concessorum, ut cliens pro domino, quoties opus effet, intercederet, fponfionem interponeret fuam, et vadem sese ac obfidem constitueret <sup>o</sup>). *Feuda Plegii*, *Fiëfs de Plejure* vocabantur beneficia hac lege data vafallis.

### C A P U T III.

DE

## VINETIS IUSSU PRINCIPUM AC LEGE SUCCIDENDIS.

**S**olent ab antiquis inde temporibus rerumpublicarum rectores edicta de excidendis proponere vine-  
tis, quoties in summa vini ubertate populum fru-  
menti

<sup>m</sup>) Cangius in Gloss. med. et infim. Latin. v. *Hoftagius* Tom. III. p. 1210. *Plegius* Tom. V. p. 565. fq.

<sup>n</sup>) Cangius: c. l. v. *Plegeria*. T. V. p. 568.

<sup>o</sup>) Dion. Salvangus Boiffius Tr. de usu feud. C. LXXIII. P. II. Mascovius de iur. feud. C. III. §. 44. Cuiacius Comm. ad Tit. Cod. de iure emphyt. Tom. 9. c. 420. L. VIII. Observ. Obs. XIV. T. 3. Op. p. 303.



menti inopia premi animadvertunt. Arva nimio vinearum studio negligi putantur, quae ratio commovit Domitianum Imperatorem, ut ediceret, ne quis in Italia novellaret, utque in provinciis vineta succiderentur, relicta, ubi plurimum, dimidia parte p). Coërcita hoc edicto libertas instituendi, ferendi et colendi vites in provinciis nonnisi singulari principis indulgentia et beneficio recuperabatur. Ita Probus Imperator Gallis et Pannoniis vineas permittebat q). Causa Domitiano vineas non in Gallia solum, sed in omnibus etiam provinciis diminuendi, earum studium reprimendi, nimiasque eradicandi fuit haec, ut agros frugum feraces Cereri sacrentur ruricolae, et frumenti magis, quam vini copiae et ubertati studium curasque suas vouerent. Falsa igitur et commentitia est ratio illa, quam auctor libri *de causis legum* somniando effingit, Domitianum Galliam prohibuisse et privavisse vinearum cultura ideo, quod timeret, ne barbari populi vini dulcedine ad illam adgrediendam ac invadendam pellicerentur r).

Naturalis legis eiusmodi ratio est haec, ut frumenti, praecipui multitudinis nutrimenti sufficiens semper suppetat copia, ne civitas unquam annonae

A 4

penu-

p) C. Suetonius Cap. 7. vit. Domitiani.

q) Eutropius: Breviar. Hist. Rom. Cap. 17. L. 9. p. 451. Ed. Henr. Verheyck.

r) de Montesquieu: L'Esprit des Loix, L. XXI. C. XV.



penuria et caritate prematur, ne agri frugibus apti vitibus conferantur, ut iusta seruetur inter arva vineaeque ratio. Sed mihi quidem hic finis edicto minus, quam praemiis et permittenda frugum libera exportatione obtineri videtur. Ruricularum enim industria magis utilitate, quam legibus regitur, et leges eiusmodi variis eluduntur fraudibus, praestaturque semper tributis impositis et vectigalibus gravare et impedire vineas, quam edictis eas prohibere, vel illarum modum et rationem finire \*).

#### CAPUT IV.

DE

### TUMULTIBUS RUSTICORUM.

**T**umultibus hominum agrestium et rusticorum omni aevo republicae concussae fuerunt. Ita sub Diocletiano in Gallia ab agricultoribus concitatus fuit tumultus, nomine *Bagaudarum* seditiosae factioni imposito \*). Istud nomen ex corrupta voce *Purengard*

\*) Illustr. Marchio de Mirabeau in humanissimo Libro, cui titulus: *Ami des hommes*, ou tr. de la population, P. III. Ch. 1. p. 33. Tom. 3. Respiciendum ea in re ad soli et telluris situm et indolem. Non omnis fert omnia tellus. Hic segetes, illic veniunt felicius uvae. Ratio est habenda, quid quaeque ferat regio, quid quaeque recuset.

\*) Eutropius L. IX. Brev. hist. Rom. C. XX. Edit. Verheyck.



*gard* derivatum esse videtur. *Puren* Germanorum lingua rusticos, *Gard* turbam et confociationem inprimis seditiosam denotat, *Purengard* significabat igitur multitudinem ac collectionem rusticorum rebellium \*).

Medii certe aevi temporibus adeo frequentes extiterunt seditiosae huiusmodi rusticolarum commotiones, iisque regna Europae tam crebro quassata sunt, ut eas commune malum Europae et calamitatem contagiosam vocet auctor *Chronici Danici* \*).

Causa motuum eiusmodi seditiosorum a rusticis concitatorum semper in dominorum severitate, immanitate, saevitia, in operarum, tributorum, exactionum acerbitate, in iugo servitutis intolerabili quaerenda, neququam vero a disciplina et praeceptis sectarum religiosarum derivanda et repetenda. Turbata inprimis Germania saeculi decimi sexti initio talibus rusticorum fuit seditionibus, misereque vastata. Exoriebantur repentinae instar tempestatis illi tumultus, et omnes fere Germaniae oras ac regiones caedi-

A 5 bus,

\*) Placuit haec derivatio olim Glareano in Commentariis ad Eutropium L. IX. C. XX. p. 460. Edit. Verheyck. Bagaudae factiosorum et rebellium hominum, inprimis agrestium cohortes significabant. Cangius Gloss. med. Lat. Tom. I. v. Bagaudae. col. 926. 927.

x) Apud Io. Petr. de Ludewig in Reliqu. Manuscript. T. IX. p. 59. 80. 133.



bus, rapinis, incendiis foedabant atque replebant. Adacta nimirum gens rustica dominorum avaritia et crudelitate ad desperationem, hanc in furorem vertit et rabiem, bellumque legibus, magistratibus, et universae reipublicae indixit atrocissimum, suam, quam anhelabat, libertatem everfione rerumpublicarum, legum abrogatione, excidioque et ruina civitatum, caede magistratuum vindicatura, iniurias vero, quas perpeffa erat, oppressionem, vexationes proferfione dominorum ultura 2).

Non una et concors multitudinis feditiofae fententia, neque idem confilium fuit. Pars turbae rebellis omnis dominationis et inaequalitatis hominum abrogationem, et primaevae reftitutionem libertatis, omniumque mortalium exaequationem efflagitabat: Pars altera decimarum abolitionem, fylvarum et nemorum ufum communem, venandi libertatem, operarum, vectigalium, tributorum imminutionem, ac moderationem poftulabat; Pars infanior novam reipublicae perfectioris, omni vitio labeque vacuae conftitutionem moliebatur, divino feffe afflatu perculfam

2) Petr. Gnodalii *Historia ruficorum tumultuum a. 1525. excitatorum Tom. II. Script. rer. Germ. a Sim. Schardio editorum p. 1031.* Petr. Criniti *Hift. belli ruficani: in Marqu. Freheri Script. rer. Germ. Tom. III. p. 233.*



culsam et plenam lumine caelesti ac numine mentita et gloriata <sup>a)</sup>).


Hisce ex consiliis ac postulatibus ruricularum tumultuantium intelligi facili potest negotio, religionem haec mala non peperisse, eamque calamitatem et insaniam perperam tribui et imputari ab obtrectatoribus Lutheri, disciplinae et praeceptis divi huius faecrorum expurgatoris, populum in obsequia principum et dominorum, principes ad iustitiam imperiorum, dominos et heros ad aequitatem et lenitatem enixe formantis, et huic calamitati graviter ingementis <sup>b)</sup>). Rusticani certe homines parum solliciti sunt de reipublicae vitis, et parum afficiuntur disputationibus pro religione susceptis, nihil prorsus aliud curantes, nisi agros, nisi villulas, nisi nummulos suos <sup>b)</sup>). Agriculis otium solet optatum esse, regnumque illi et imperium humili animo ferunt, nullam reipublicae formam recusantes, modo tranquille sub tuguriis vitam degere queant <sup>c)</sup>. Non mordent facile fraenum, excutiunt-

<sup>a)</sup> Io. Laur. Moshemii *Inst. Histor. eccles. Saec. XVI. S. I. C. II. §. XXI. p. 664.* Guill. Robertsoni *Hist. Caroli V. Imp. Rom. Tom. IV. L. IV. versiois Gallic. p. 92.*

<sup>a)</sup> Moshemius et Robertsonus l. c.

<sup>b)</sup> M. T. Cicero *Epist. ad Atticum L. VIII. Ep. XIII. p. 343. Tom. VIII. Edit. Oliveti.*

<sup>c)</sup> M. T. Cicero *ad Attic. L. VII. Ep. VII. Tom. VIII. Ed. Oliv. p. 295.* Praefes de Montesquieu: *Esprit des Loix L. XVIII. C. 1.*



cutiuntque rustici iugum, cui cervices illorum ad-  
suetae, nisi dominorum saevitia et crudelitate in de-  
mentiam et furorem praecipitentur.

## CAPUT V.

DE

### VECTIGALI PRO USU SOLI STATUTO.

**I**n alieno solo, domino infcio vel obnitente, nec  
aedificare, nec plantare, nec ferere licet. Si do-  
minus facultatem impertiri velit, aliquid plantatum,  
insitum, aedificatum, vel alio modo impositum ha-  
bendi in ipsius solo, pro huius usu vectigal statuere  
potest. Ita Afri concessio urbis condendae loco Elis-  
sae eiusque comitibus et sociis, vectigal pro solo  
urbis stipulabantur *d*), quod cum Carthaginenses  
solvere detrectarent, Afri armis petierunt *e*), postea  
vero illud remittere compulsi *f*).

Istud ius a domino soli impetratum superficiei  
habendae in illo ius superficiei Iurisconsultis vocatur.  
Superficies quippe denotat omne id, quod solo in-  
aedificatum, insitum, impositum est. Plantae igitur,  
vineae, arbores agri, domus solo imposita ac aedifi-  
cium superficies sunt *g*).

Qui

*d*) Iustinus hist. L. XVIII. Cap. V.

*e*) Iustinus L. XIX. hist. Cap. I.

*f*) Iustinus L. XIX. hist. C. II.

*g*) Briffonius de Verb. in iure civili signif. p. 1292.  
voc. superfic. Ed. Heinecc.



Qui ius adipiscitur superficiei in solo alieno ponendae, facultatem dominio adfinem, ac proprietatis partem consequitur. Praetor enim superficiario in rem pollicetur actionem <sup>b)</sup>; et superficies ab illo legari potest et pignori dari <sup>i)</sup>.

Vectigal pro usu foli statutum, seu merces foli dicitur solarium <sup>k)</sup>. Mercedis haec pensio non habet rationem, quamvis hoc etiam nomine nonnunquam venire soleat <sup>l)</sup>. Non enim fructuum modo solet accommodari, nec pro illis pendii, verum in signum domini foli solvitur. Dixi superficiem pignori posse obligari, siquidem superficiario proprietates quaedam, et ius dominio proximum, ac in rem actiones competunt <sup>m)</sup>. Quid si in pendenda foli mercede superficiarius tardet et segnis sit, solvendoque esse desinat; potior semper erit causa domini foli <sup>n)</sup>, sed superficiarium, solarii solutionem retardantem suo excidere iure non crediderim <sup>o)</sup>. Potest vero merces  
seu

b) Ulpianus in L. 73. 74. 75. D. de rei vind.

i) L. 86. D. de leg. I. ubi Iulianus §. 4. ait, valere legatum superficiei, ipsi domino foli relictum. Paulus L. 15. D. Qui pot. in pign.


k) Paulus L. 15. D. qui pot. in pign. Ulpianus L. 2. §. 17. D. ne quid in loco publ. Briffonius de Verb. signif. p. 1256. voc. Solarium. Ed. Hein.

l) Marcianus L. 17. D. de pigner. actione.

m) L. 16. §. 2. D. de pign. actione.

n) Paulus L. 15. D. Qui pot. in pign.

o) Leyferus med. ad Pand. specim. § 209. med. §.



seu stipendium soli, ut Iustinus vocat, non solum consistere in pecunia et nummis, sed aliis quoque in rebus, quin in operis factisque praestandis *p*). Remissionem solarii seu relevationem vero peti non posse existimo, quod nulla inter tale vectigal fructusque soli et superficiei utilitatem sit ratio constituta atque relatio.

C A P V T VI.

DE

IMPERIO, QVOD TEMPORE  
FINITVR.

**I**mperii civilis ea est indoles et ratio, ut perpetuum sit, nec ad tempus finitum deferri soleat ordinarie, nec illo elapso iterum abrogari. Sunt tamen exempla regni imperiique ad tempus delati, et finitae certo spatio durationis *q*). Imperium vero ideo non desinit esse summum, quia non est perpetuum, nec duratio breviori circumscripta tempore illius minuit maiestatem, modo is, qui potestatem summam ad tempus accepit, non sit rationibus gestorum reddendis obnoxius, modo sit sine provocatione, eiusque actus a nemine dici queant irriti, nec rescindi possint.

Impe-


*p*) Leyser. specim. 509. med. II.

*q*) Hug. Grotius de iure belli ac pacis L. I. C. III.  
§. VIII. n. 12. §. XI. n. 2.



Imperium tale tempore finitum imprimis in rebus publicis, ac civitatibus optimatum imperio administratis, aut populi commissis gubernationi invenitur. In his enim reipublicae formis consiliorum lentor, et sententiarum discordia, moraque et tarditas in exsequendis decretis, ac auxilli praesentis celerisque difficultas ordinariam administrationis rationem suspendi iubent, eique surrogari expeditiorem, quoties periculum est, ne opis ferendae tempora pereant, et quoties trepidis in rebus civitas in discrimen exitii et pernicii extremum adducitur. Ad haec reipublicae discrimina virum oportet deligi summae auctoritatis, consilii prompti ac sapientis, exploratae fortitudinis, fidei probatae, magni, et virtutum fiducia elati animi, cuius curae committi vacillans civitatis status, salusque possit, cuius sollicitudini, fidei, prudentiae credi possint et commendari reipublicae dignitas et incolumitas, civium salus, vita, libertas, arae, foci, dii penates, bona, fortunae, domicilia.

Tali viro potestas summa et imperium ad tempus a populo deferri potest, ea ratione et lege, ut penes illum omnium rerum, pacis, et belli auctoritas ac arbitrium sit, ut ille periculum a republica avertat, provideatque, ne illa detrimenti quid capiat, ut vero servata illa et liberata, elapsoque tempore imperio se abdicet, et gubernaculum et administratio reipubli-



reipublicae ad populum rursus et ordinarios magistratus redeat. Finiri spatioque includi temporis angustiori potestatem tam amplam reipublicae interest permagni, quo minus tale imperium temporarium in dominationem degeneret, perpetuumque principatum \*). Dictatorem Romani talem magistrum populi regemque temporarium vocabant, eoque nomine etiam duces et imperatores Carthaginiensium supremos, quamvis parum apte et convenienter indigitare solebant †). Ita Livius Hannibalem dictatorem perhibet creatum, et in Hispaniam missum ad conducendum exercitum ‡). Verum Livius hoc loco non usurpat hanc vocem eo sensu, qui Romanis erat sollemnis et consuetus, sed similitudinem solummodo innuit inter dictatorem populi Romani, et ducem exercitus carthaginiensis summa auctoritate praeditum, sed imperio et potestate civili destitutum.

Romanis dictator erat vir consularis, spectatae virtutis et fortitudinis in extremo reipublicae discrimine, seu trepidis in rebus delectus, et summo imperio, summaque rerum omnium potestate instructus,

\*) De Montesquieu in Libro Gallico: de causis legum. Lib. II. Cap. III.

†) Iustinus L. XIX. histor. C. I. n. 7. Aulus Gellius. L. X. C. 24. Gesnerus Thef. Ling. et erud. rom. voc. dictator. T. I. p. 153.

‡) Livius L. XXIII. C. XIII.



ctus, ut rempublicam servaret, periculum averteret ab illa, eiusque salute et libertate sospitata et stabilita magistratu hoc eminentiori et extraordinario, imperioque sese iterum abdicaret \*).

Non nisi consulares viri, rerum gestarum gloria florentes, et virtutum fiducia elati ad eminens istud dignitatis fastigium evehi poterant \*). Postulabat titubans et anceps reipublicae status eiusmodi virum spectatae explorataeque virtutis, cui salus et libertas civitatis tuto et confidenter credi, et secure potestas summa, pacis bellique arbitrium, imperiumque penitus solutum, nulla restrictum lege deferri posset.


Cum Romani ab omni dominationis et principatus specie, et unius imperio abhorrent; dictatorem non nisi in summo reipublicae discrimine, trepidisque et desperatis in rebus, imminente muris hoste, vel seditione et tumultu civitatem concutiente dici et creari potuisse, facile intelligitur †).

Dicebatur seu creabatur hic populi et senatus magister ab altero consulum, cui vel collegae voluntas,

\*) Io. Ienius in Ferc. litter. C. VIII. de dictatore Romano. Henr. Verheyck Praef. ad Eutropii Brev. Hist. Rom. P. II. p. 32. seq.

\*) Livius L. II. Hist. C. 18. Verheyck Praefat. ad Eutropium p. 32.

†) Exempla vide apud Livium L. II. C. 18. 29. L. IV. C. 26. 32. L. V. C. 11.



tas, vel fors eam facultatem dederat, et quidem senatus auctoritate <sup>a)</sup>). Ritus dicendi dictatoris erat is, ut consul captis rite auspiciis, nocte et silentio illum crearet <sup>a)</sup>). Interdum senatus, quis dictator dicendus esset a consule, iubebat <sup>b)</sup>). Quin et populus nonnunquam iubebat, quem consul dictatorem diceret <sup>c)</sup>).

Dictator etsi a solo consule dici salva religione et ex illius lege poterat: eximere tamen eam religionem augures valebant, eorumque indultu dictatorem quoque creare solebant tribuni militum consulari potestate <sup>d)</sup>). Dictatori summum reipublicae imperium deferebatur, eoque dicto omnium reliquorum magistratum et ipsorum consulum potestas oblanguebat et suspendebatur. Erat ille sine provocatione <sup>e)</sup>), liber, et exsolutus legum vinculis. Illius edictum pro numine observatum <sup>f)</sup>). Penes illum belli et pacis erat arbitrium, vitae et necis potestas, eiusque impe-

<sup>a)</sup> Livius L. IV. C. 13. L. IX. C. 38. Verheyck c. 1. p. 36.

<sup>a)</sup> Livius L. IX. C. 38:

<sup>b)</sup> Livius L. IV. C. 17. 23. Verheyck c. 1. p. 36.

<sup>c)</sup> Livius L. XXVII. C. 5.

<sup>d)</sup> Livius L. IV. C. 31.

<sup>e)</sup> Livius L. IV. C. 13. L. VIII. C. 33. 34. Bachius hist. iur. Rom. L. II. C. 1. §. 7. n. a. Verheyck c. 1. p. 46-49.

<sup>f)</sup> Livius L. VIII. C. 34.



imperium potestati regiae et principatui legibus soluto simillimum <sup>g</sup>).

Potestatis tantae unī viro delatae ac creditae amplitudo non permittebat, ut et illius duratio esset infinita. Placuit igitur, ne dictator imperium longius, quam semestre haberet, ne per diuturnitatem potestatis insolentior redderetur, ne ad principatum adfectandum perpetuitate imperii alliceretur, utque semper civilis esset <sup>b</sup>).

Finito quippe negotio, cuius gratia creatus erat dictator, confecto bello, dispulsis periculis imperium eius abdicione expirabat, reddendumque erat in pace, quod in bello trepidisque rebus acceperat <sup>i</sup>). Quodsi negotium intra semestre spatium expeditum non erat, dictator sese imperio abdicare cogebatur, nisi in summis periculis dictator a populo, quominus sese dictatura abdicaret prohiberetur, imperio illius ad tempus prorogato <sup>k</sup>).

B 2

Poterat

<sup>g</sup>) Eutropius L. I. Brev. hist. Rom. L. I. C. 13.  
Dionysius Halicarnassensis L. V. p. 336. de dictatore ait:

*μόναρχος πολέμῳ τε, καὶ εἰρήνῃ, καὶ παντὸς ἄλλῃ  
πράγματος ἀποκράτωρ.*

<sup>b</sup>) M. T. Cicero: de Legibus L. III. C. 3. Sam. Pifticus Lex. antiqu. Rom. T. II. p. 43.

<sup>i</sup>) Livius L. IV. C. 34. L. III. C. 28. L. IX. C. 34.

<sup>k</sup>) Livius L. VI. C. 1.



Poterat etiam destitui, damnari, expelli civitate dictator, si infensum reipublicae, et libertati insidiantem animum prodidisset, ac captandae dominationis suspicionem concitasset. Poterat illi multa, sciscente plebe, irrogari et dici, isque ut magistratu se abdicaret compelli <sup>l)</sup>. Verum abdicare sese dictator magistratu imperioque supremo cogebatur, antequam dies illi dici, multa irrogari, poenaeque exilii vel alia illi infligi potuisset <sup>m)</sup>. Furius Camillus murmurante plebe partem praedae Vejentinae Apollini voverat, et triumphans albis equis, soli et Iovi sacratis, dominationis adfectatae indicibus usus erat, invidiamque et suspicionem modum triumphii consuetum excedendo conflauerat. Tribunitia igitur potestate ad abdicandum adactus, civitate pulsus, et in exilium eiectus est <sup>n)</sup>.

Hic magistratus, extraordinario, sed tempore finito instructus imperio non modo in republica Romana rebus in trepidis ad illam servandam creari solebat atque constitui; sed similem ad dictaturam et unius imperium ad tempus delatum confugerunt et recurrere consilii prudentiaeque duxerunt etiam aliae et recentiores civitates, imprimis nascentes adhuc, tituban-

l) Livius L. VI. C. 38.

m) Livius L. V. C. 23. 32. Verheyck Praef. ad Eutrop. p. 39. sq.

n) Livius L. V. C. 21. 23. 32. Verheyck C. L.




titubantes, et nondum satis constitutae, ab alio regno imperioque deficientes, libertatem tuiturae contra insolentem dominatum, et vindicturae contra tyrannidem. Ita foederatae Belgii Provinciae deficiente a regno Hispaniae, et in systema coeuntes Guilielmum Principem a rausionensem decreto sollemni de a. M<sup>D</sup>LXXVI. dictatorem dixerunt, summum illi, quoad civile bellum duraturum esset, deferentes imperium<sup>o</sup>). Dictatorem corporis Belgici etiam comitem Leicestriae dictum existimaverim lege a. M<sup>D</sup>LXXXVI. rogata<sup>p</sup>). Gubernatores ad tempus infinitum, posteriori aevo creati dictatori perpetuo similiores fuisse videntur.

Nostri aetate Coloniae Britannicae in India occidentali a conditoribus suis deficientes, et in corpus coalescentes, libertatem adferturae suam virum spectatae virtutis et fortitudinis ducem et imperatorem copiarum dixerunt, et exercitui praefecerunt, nimirum Washingtonum. Non nulli illum dictatorem a concilio unitarum coloniarum dictum esse perhibent, sed falluntur. Quamvis enim magna in bello gerendo contra matrem patriam polleat potestate, eique illius administratio unice credita esse videatur;

B 3 sub-

o) Hist. generalis Belgii foederati in Teutonicum translata sermonem T. III. L. XXV. §. 24. p. 266.

p) Hist. Belgii foed. generalis T. III. L. XXIX. §. 25.



submissus tamen est subiectusque imperio senatus et concilii coloniarum generalis, nec pacis habet arbitrium, nec a reddendis rationibus immunis et liber est declaratus.

## C A P V T VII.

DE

### DICTATORE PERPETVO.

**I**nfinitem si dictatori imperium defertur, vel ab illo invaditur et usurpatur, perpetua rempublicam urget submergitque dictatura, eaque dominatui regio adeo adfinis est et contigua, ut nil praeter diadema deesse videatur. Perpetuam eiusmodi dictaturam sibi arrogarunt in republica Romana Cornelius Sulla et Iulius Caesar. Sulla ab interrege dictator dictus uti praeceperat, ad infinitum tempus, donec rempublicam composuisset et constituisset <sup>q</sup>). Iulius Caesar non se ipse dictatorem fecit, ut Eutropius putat, verum a Praetore, contra mores maiorum, post reditum ex Hispania dictator dictus est <sup>r</sup>).

Tempore non finito etiam haec dictatura Caesari delata, et regiae dominationi adeo similis fuit, ut ipse regium

<sup>q</sup>) Velleius Paterculus L. II. C. 28. M. T. Cicero L. IX. Epist. XV. ad Atticum.

<sup>r</sup>) Errorem Eutropii L. VI. C. XX. ex ipsius Caesaris de Bello civili commentariis L. III. C. I. confutatum luculenter exponit Henr. Verheyck Praef. ad Eutropium p. 49. 50. fq.



regium nomen adfectaret, diademati inhiaret, sub imperatoris et dictatoris appellatione summam omnium rerum potestatem occuparet, teneretque pacis et belli, vitae et necis arbitrium et auctoritatem<sup>5)</sup>. Dictatura haec a Caesare usurpata perpetua vim regiae potestatis obsederat, ut ait Cicero, regnumque erat verum, quod Romani usque ad necem Caesaris et abolitionem dictaturae pertulerunt<sup>6)</sup>.

Simillima huic dictaturae perpetuae erat potestas a Cromvello post caedem Caroli primi in Britanniae regno usurpata, modesto Protectoris nomine tecta et vestita. Invaserat ille trucidato rege imperium, et diadema assumere gestiebat, sed regii nominis execratio illum deterrebat. Protectoris igitur dignitas, declinata et recusata regis appellatione, lege rogata et sollemni decreto ipsi a concilio populi delata<sup>7)</sup>. Protectoris nomen quondam in Britannia solenne erat et proprium tutoribus regum impuberum ac minorum, et interregibus ob regum absentiam vel imbecillitatem creatis<sup>8)</sup>.

B 4

Parum

5) C. Suetonius Vit. Iulii Caesaris C. 76. 77. 78. 79.

6) M. T. Cicero Philip. in Antonium I. C. 1. 2.

7) David Hume Histor. Britanniae Tom. VI. C. II. p. 75-77. versionis germanicae.

8) Cangius v. protector, in Glossario Tom. V. C. 924. Blackstonus in Comm. ad Leges Britann. anglica lingua scriptis. T. 1. L. 1. C. VII. §. 11. p. 248. Ed. IV.

Parum vero mihi apta, minusque congrua videtur dictaturae perpetuae comparatio cum eminentissima, titulisque subnixa nobilioribus gubernatoris perpetui et generalis serenissimae genti auriacae delata in Belgio foederato dignitate, quae licet ampla summaque cum auctoritate coniuncta sit, procul tamen ab omni abest dominatus specie et suspicione 1).

## C A P V T VIII.

D E

## CONSORTIBVS PACIS, EIVSDEM SPONSORIBVS.

Confortes sociique pacis naturales illius et fidissimi custodes videntur esse atque sponsores. Illorum quippe interest maximi, ut pax, cuius societas illos colligat, sancte seruetur, neve illa impune violetur et rumpatur. Illis igitur non modo curae et cordi esse debet, ut qui pacem fecerunt, illam summa religione et fide colant et tueantur, utque illius legibus exacte satisfiat; verum illis etiam ius est tribuendum compellendi partem perfidam ad praestandum id, quod ipsis illa sociisque in pacis foedere spondit, et ad indemnitate sociis servandam 2).

Praeter

- 1) Wagenaar: Hist. patr. Belgii foederati L. LXXVII. §. 31. 32. L. LXXIX. §. 19. Tozius V. C. Notit. rerum publ. et regn. Europ. T. II. C. VI. §. 25. sq.  
 2) Hugo Grotius de iure belli ac pacis L. III. Cap. XX. §. 33. De Vattel Elemens du droit des gens §. 15. L. IV. C. II.



Praeter istam pacis custodiam et tuitionem, quae belli pacisque factae innititur societati atque consortio, fociisque incumbit atque tribuitur sine diserta sponfione, nostro aevo invaluit mos, in pace pangenda stipulandi mutuum omnium illius consortium et participum fideiussionem ac intercessionem, quam guarantiam vocamus reciprocam. Proponere placet exempla quaedam recentiora et memoratu digniora. Cum quassante Germaniam et vastante diuturno bello Monasterii et Osnabrugae ageretur de pace, Sueciae legati poscebant primi, ut illius ad custodiam et tuitionem singuli se obstringerent pacis focii et confortes <sup>a)</sup>. Initio non abnauebant Imperatoris legati, sed interiecto tempore obniti coeperunt, obtendentes, istam pacis sponfionem, regnis Galliae Sueciaeque, omnibusque pacis fociis deferendam primis praetextum sese domesticis Germaniae negotiis ingerendi praebituram, intuitu procerum imperii vero auctoritati imperatoriae nimium fore detracturam <sup>b)</sup>.

Insistentibus vero Suecis, adstipulantibus Gallis, et suffragantibus Germaniae proceribus admiffa tandem et probata ab imperatoriis legatis fuit ista tuitio

B 5

spon-

a) Io. Goth. de Meiern acta pacis Westphalicae Tom. I. L. V. §. 11. p. 438.

b) Acta pacis Westph. T. I. L. VI. §. XX. p. 622. ad XVII. T. III. L. XIX. §. XV. p. 16. §. XXXIX. p. 72. T. IV. L. XXX. §. II. p. 589.



sponsioque pacis mutua, non modo a regno Galliae Sueciaeque suscepta, sed singulis etiam pacis confortibus delata c). Sancitum igitur est statutumque utraque in pace Osnabrugae et Monasterii facta, ut singuli illius transactionis ac foederis socii confortesque omnes illius leges et conditiones contra quoscumque earum violatores valide armisque tueri teneantur d).

In similitudinem pacis Vestphalicae, et ad sponsionis mutuae, qua firmatur, exemplum Poloniae legati, cum Olivae pacis inter Poloniae Sueciaeque reges et octovirum Brandenburgicum faciendae consilia tractarentur, proponebant parem omnium illius pacificationis consortium pro illa tuenda et observanda fideiussionem e). Abnuebant Sueci talem pacis sponsionem, post acres vero tandem altercationes illam admittebant f).

Placuit

c) Acta pacis Westphal. T. V. L. XXXVIII. §. 14. p. 458. T. VI. L. XLIII. §. XI. p. 110.

d) Pax osnabrugensis Art. XVII. §. 5. 6. Pax monasteriensis §. 115. 116. Moserus Lib. de guarantia pacis Westphal. a. 1767. in 4. lingua germanica edito.

e) Ioach. Pastorii Diarium pacificationis Olivenfis Tom. I. act. pacis Olivenfis a Boehmio, viro illius editorum p. 240.

f) Ioach. Pastorii Diar. pacis Olivenfis c. 1. p. 262; Diarium pacific. Suecicum, Tom. II. c. 1. pag. 196. 204. sq.



Placuit igitur, sponſionis concipere formulam talem, qualis adhibita nuper erat in pangenda ſanciendaque pace Weſtphalica, ut nimirum ſinguli eius participationis participes et conſortes ſponderent, ſe illius cuſtodiam et tuitionem ſuſcepturos, utque legibus et conditionibus foederis ſatiſſiat, effecturos g).

Arriſit ſimilis ſponſio ſociorum mutua in poſterioribus etiam pacis foederibus, et in morem fere inter reges populosque Europae abiit. Sufficiet recentius pacis Aquisgranenſis a. MDCCXLVIII. ſancitae exemplum, cuius ſponſione ſociorum mutua ſtabilita eſt firmitas, et ſanctitas, tuitioque ſempiterna h).

## CAPUT IX.

DE

# RELIGIONE AGRICULTURAE INIMICA.

Quamvis nil ſit agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius, et quamvis hominum generi univerſo illa ſalutaris exiſtat i); fuerunt

g) Pax Oliyeniſis de a. MDCLX. Artic. XXXV. T. I. act. pac. Oliv. a Boehmio, viro illuſtri collectorum p. 179. et in Corp. diplom. univerſali a Carolo du Mont adornato T. VI. P. II. p. 309.

h) Pax aquisgranenſis a. MDCCXLVIII. facta. Art. XXIII. apud Io. Rouſſetum: recueil d'Actes, traités &c. Tom. XX. p. 203.

i) M. Tullius Cicero: de offic. L. I. C. 41. de ſe neſtute C. 16.



fuerunt tamen homines adeo stulti et vecordes, ut artem mortalium animis insitam, nobilem, amoenam aequae, ac infontem labe, vitioque vacuam, reprehendendam et vituperandam, morumque sanctitati pugnantem existimarent.

Fuit quondam haec infania Maneti, sectae stolidissimae inter Christianos conditori. Is discipulos perfectioris sanctimoniae studiosos ab agris colendis, frugumque cura sollicite arcebat et prohibebat, istumque laborem foeneratorum nequitia et crimine vitiosorem esse dictabat. Existimabat nimirum mortaliū stultissimus homo, tellurem animis esse pregnantem et refertam, eosque arando et sulcos infundendo turbari et interimi <sup>k</sup>). Praeterea disciplina et praecepta illius eo tendebant, ut discipuli omni labore abstinerent, otioque torperent. Insignis haec labe est religionis et sectae corruptae, fomniisque depravatae, ut arva negligi, laborem contemni, artes sperni, omnia ad providam Numinis curam referri iubeat. Saniora erant superstitionis paganorum scita, qui agriculturae Deam praesidere et praeesse volebant, sacrificia arvalia ordinabant, iisque peragen-

dis

<sup>k</sup>) Augustinus de Haeres. C. XLVI. de morib. Manichaeorum L. II. C. 17. Moshemius in Comm. de reb. Christ. ante Const. M. Saec. III. §. XLVIII. p. 856.



dis sacerdotes praeficiebant, fratres arvales dictos <sup>l)</sup>,  
 Certe magnum religioni inest momentum ad arborum  
 curam vel acuendam, vel deprimendam, ad honorem  
 agriculturae habendum, vel ad contemptum illius et  
 neglectum stabiliendum. Quo procliviores pronio-  
 resque homines in otium sunt et torporem ignavi-  
 amque, eo magis religionis sunt excitandi et stimu-  
 landi praeceptis ad laborem principali mortalium arti  
 vovendum et impendendum <sup>m)</sup>. Nulla vero re reli-  
 gio magis agriculturae obesse potest et detrudere,  
 quam feriarum dierumque festorum infana multitu-  
 dine et varietate <sup>n)</sup>. Optimo igitur consilio illorum  
 diminutioni nostra aetate student non modo princi-  
 pes, sed et ecclesiae praefules, illorum numerum ad  
 iustam rationem reducendo.

## CAPUT X.

DE

### CONSULUM IN EMPORIIS ASIAE MINORIS ORIGINE.

**Q**ui in Asiae minoris portibus et emporiis merca-  
 turam exercent et negotiantur populi Europaei, mer-  
 ces

<sup>l)</sup> V. de hostiis ambarvalibus, et fratribus arvalibus,  
 M. P. Cato de re rust. Cap. CXLI. Virgilius L. I.  
 Georg. v. 373. Gesner thes. L. et erud. Rom.  
 T. I. v. arvales c. 468. Pitiscus Lexic. ant. Rom.  
 T. II. p. 190.

<sup>m)</sup> Praefes de Montesqu. de Cauffis Leg. L. XIV. C. VI.

<sup>n)</sup> Idem L. XXII. C. XXIII.



ces ibi exportantes vel importantes, Consules, quos vocant, in illis constituere solent, qui ius dicunt inter mercatores cuiusvis nationis, eiusque commodis ac privilegiis invigilant atque inserviunt <sup>o</sup>). Insignem hoc institutum mercaturae adfert utilitatem, mirificeque eius provehit augetque commoda. Sed non cuivis nationi in emporiis Asiae minoris et imperii Turcici civitatibus permixtum est, eiusmodi iudices mercatorum, et custodes privilegiorum, tutoresque commercii et eius commodorum habere ac constituere, verum huius instituti copia ac venia foederibus a Turcorum imperatore est impetranda. Initium huius moris debetur et tribuendum est vesanis contra Saracenos expeditionibus in Palaestina susceptis, belloque sacro in Asia et Syria gesto. Italiae nimirum mercatores, imprimis Pisani, Veneti, Genuenses in oppidis a Christianorum exercitu captis ac occupatis, et in coloniis illorum recens conditis mercatum et negotiationem exercere, sedemque in illis figere constituentes, ab illarum regulis et principibus variis ad remunerandam opem gnauiter latam beneficiis, privilegiis, et immunitatis generibus ornati fuerunt <sup>p</sup>). Fuit inter alia privilegiorum ipsi

con-

<sup>o</sup>) Cornel. van Bynckershoeck L. de foro legator. Cap. X. p. 483. P. IV. op. omn. De Vattel Elemens du droit des gens T. I. L. II. §. 34.

<sup>p</sup>) Robertson: Hist. Caroli V. T. I. p. 38. Ed. Germ.



concessorum genera etiam hoc, ut suos iudices constituere possent et habere, qui omnes lites inter negotiatores eius nationis exortas dirimerent, et decreto vel amicabili compositione definirent. Vicecomites et *Consules* iam hoc tempore vocabantur isti iudices mercatorii 4).

Ita Boamundus III. Princeps Antiochenus populo Pisano a. MCLXX. permittit, ut lites inter Pisanos Laodicaeae habitantes in ipsius populi et nationis curia disceptarentur et definirentur 5). Eidem populo Pisano Raymundus Comes Tripolitanus a. MCLXXXVII. indulget facitque facultatem curiam habendi suam de omnibus causis 6).

Similiter Guido Hierosolymorum Rex Pisanis mercatoribus in urbe Tyro commorantibus concedit a. MCLXXXIX. *vicecomitatum, sive consulatum pro regenda curia* 7).

Eadem ratione dictus Rex Massiliensibus a. MCLXXX. *dat curiam in Accon, et permittit, ut vicecomites et consules de sua gente habeant, coram quibus omnia popularium iurgia disceptarentur* 8).

Rapinus


4) Muratorius Tom. II. antiqu. Ital. med. aevi, *Diss.* XXX. p. 917. 921. 922. Cangius Tom. II. *Glossar.* med. Latin. v. Consul c. 1008.

5) Muratorius c. I. p. 908.

6) Muratorius c. I. col. 909.

7) Muratorius c. I. p. 914.

8) Cangius *Glossar.* T. II. voc. Consul col. 1008.



Rapinus Princeps Antiochenus Pisanis in sua ditione negotiantibus plenam impertitur curiam de omnibus causis \*).

Similem iurisdictionem seu curiam propriam Venetis concedit a. M CXXX. Balduinus Rex Hierosolymorum hoc nomine secundus †).

Pulsis per victricia Mahumedanorum arma istis oris Christianorum principibus ac populis, et occupatis a Turcis hisce regionibus oppidisque istud institutum remansit, consulesque christianorum populorum ibi mercantium conservati fuerunt, obtenta a Turcorum imperatoribus per foedera commerciorum Consules cum iurisdictione constituendi habendique facultate †).

## C A P U T X I.

DE

### EPIGONIS, SEU MILITIBUS CASTRIS ARMISQUE INNATIS ET INNUTRITIS.

**N**e milites patriae desiderio languerent, et solitudinis castrensis taedio tabescerent, indulgit illis Alexander M. permisitque, ut, si quarum captivarum amore

\*) Muratorius antiqu. Ital. med. aevi T. II. Diss. XXX. p. 918.

†) Muratorius c. l. c. 919. 920.


‡) Mably: droit public de l'Europe fondé sur les traités T. II. Chap. I.



amore et consuetudine tenerentur, eas uxores duce-  
 rent. Ita non modo illorum cupiditatem reditus in  
 patriam minuebat, et restinguebat, sed et militiae la-  
 borem uxorum dulcedine mollebat, castrisque larium  
 et domesticae sedis imaginem praebebat. Pueri, mili-  
 tarius hisce connubiis provenientes supplementa mi-  
 litum nunquam exhaurienda, et robustiora suppedi-  
 tabant. Ita patribus succedebant veteranis filii tiro-  
 nes, militaturi in vallo, in quo essent nati. Eiusmodi  
 tirones a pueritia inde in castris versantes et nutriti  
 omni aëris intemperiei corpus assuefaciunt, frigus et  
 aestum, famem et labores tolerare discunt, laboribus  
 et periculis indurantur, adeoque milites fiunt robusti,  
 validi, fortes, duri, omnibus laboribus, periculis,  
 aerumnis, fatigationibus perferendis pares et adsueta,  
 qui quippe non tirocinia solum, verum et incunabula  
 in castris posuissent. Exercitus talibus suppleri soli-  
 tus induratis tironibus non potest non esse invictus  
 omnibusque hostibus formidabilis. Sapiens proin in-  
 stituto Alexander suos tirones in castris vallisque edu-  
 candos curabat, pueris alimenta statuebat, iuuenibus  
 equos, arma, instrumenta militaria dabat, patribus  
 pro filiorum numero praemia tribuebat, pueris, quo-  
 rum patres occidissent, illorum stipendia pendi iubebat,  
 pueritiam illorum inter varias actam expeditiones mi-  
 litiam esse reputans. Haec soboles Epigoni nomen  
 habuit, et exercitui inexhausta semper et robustissima

C

sup-



supplementa sufficiebat, castra non aliter, quam patriam, pugnamque non aliter, quam victoriam contemplari solita. Ita fere Iustinus <sup>a)</sup>).

Simile institutum incomparabilis Heros, divus Gustavus Adolphus Sueciae rex, Teutonicae libertatis assertor et vindex, suo in exercitu tenebat. In illius in castris soboles militaris incunabula et tirocinium posuit, ad religionem et militarem disciplinam formata est, castra patriam et sedem domesticam reputans, aliud vitae genus plane non experta. Instituta in castris severe puerorum scholae, in quibus hi inter armorum strepitum et tormentorum fragorem et mugitum impavidi erudiebantur <sup>b)</sup>).

## CAPUT XII. DE DEFECTIONE.

**D**eficere dicuntur focii a foedere, populi, provinciae, coloniae, oppida, urbes a fide et regno <sup>c)</sup>. Nos de posteriori defectionis specie haec differemus.

Deficiant provinciae regni ad compagem relatae et pertinentes, ac imperio subiectae, regna coniuncta et unita, populi et urbes uno systematis foedere

<sup>a)</sup> Iustinus L. XII. Histor. C. IV. v. etiam Gesneri Thesaur. L. et erud. rom. Tom. I. voc. Epigoni col. 380.

<sup>b)</sup> Walt. Harte Hist. Gust. Adolphi. Tom. II. Diss. I. p. 3. Verf. Germanicae.

<sup>c)</sup> Gesneri Thes. L. et erud. Rom. T. II. v. deficio. c. 47.



dere coalescentes et coëuntes, coloniae vel regno subditae, eiusque maiestatem colentes, vel inaequali cum illo foedere coniunctae, populi denique tributo pendendo obnoxii, tributarii dicti.

Si accuratius, magisque apte et accommodate loquimur, deficere dicimus populos, qui sponte utroque desciscunt a republica et regno, qui sese legitimo imperio, vel dominationis insolentia adacti, vel perfidia moti, vel ab hoste sollicitati subducunt et subtrahunt, vel a reipublicae systemate et compage, cui annexi, alligati, iunctique erant, discedunt et divertuntur. Quod si igitur populus vel nationis proceres principi ob tyrannidem, et infesti illius et hostilis animi specimina imperium abrogant, eumque folio regali vel tumultuose deiciunt, et deturbant, vel decreto solenni suprema potestate exuunt, istam exauctorationem nemo defectionis nomine notabit <sup>d</sup>).

Nec deficere populus dicitur, qui regem regiamque gentem, eiurato penitus et abolito regio nomine, exigit et expellit, quod Romani fecerunt, Lege tribunicia Iunii Bruti, qua regi Tarquinio imperium abrogaverunt, illumque cum coniuge et liberis exules esse iusserunt <sup>e</sup>).

C 2

Habet

<sup>d</sup>) Accurate, licet minus latine, distinguuntur *deposizio*, *subductio*. v. Nettelblatt viri ill. syst. iur. nat. §. 1190. Westphal viri celeb. Inst. Iur. nat. §. 1086 - 1089. Subductio magis latine defectio vocatur.

<sup>e</sup>) T. Livius L. I. Hiit. C. 59.



Habet igitur defectio hoc singulare eamque notam, ut regno, regisque imperio in ea reipublicae parte salvo, quae in fide perseverat, singuli modo populi, singulaeque provinciae, coloniae, urbes deficiant, et sese sejungant atque subducant. Sed et huic defectioni et seijunctioni inest imperii abrogatio intuitu eius regni et reipublicae partis ac portionis, quae sese subtrahit, iugum detrectat excutitque, obsequiumque et fidem frangit, abruptit, resignat, resoluta omni, quo reipublicae devincta erat, nexu atque connubio.

Abstinemus exemplis ex antiquitate proferendis, illustriora ex historia recentiori subiicientes et commemorantes. Sunt vero duo defectionis genera; aut enim ad alium regem, aliamve rempublicam deficit populus frenum mordens et laxans, eiusque se subicit imperio; aut plane se sublato dominatu ac principatu, in libertatem vindicat, et sese in rempublicam dominatione vacuam erigit, atque extollit.

Ita Catalani a. MDCXLI. dominatus Hispani pertaesi, a Rege Galliae sollicitati defecerunt ab Hispaniae regno, et dicti regis Francisci imperio se submiterunt *f*). Simile defectionis exemplum praebet Portugallia a. MDLXXX. Hispaniae regno adiecta et iuncta. Lusitani quippe tyrannide hispanica ad

despe-

*f*) Carolus du Mont in Corpore diplom. iur gent. T. VI. P. 1. n. 122. 123. p. 197.



desperationem adacti, et oppressionis intolerabilis impatientes desceiverunt ab illo regno, sibi que regem e gente Bragantia exoptarunt et assumserunt §).

Posterius defectionis genus elegerunt et praecipitaverunt Helveti atque Batavi, impotenti Austriaeorum dominatu ad excutiendum illius iugum et libertatem vindicandam compulsi <sup>b</sup>). Helveti nimirum pagi post defectionem ab austriaca dominatione in unam compagem icto unionis foedere, seu in systema civile ac corpus coierunt ac coaluerunt, suaeque libertatis et perfectae exemptionis agnitionem et sanctionem in pace Westphalica obtinuerunt <sup>i</sup>).

Belgium, quod nunc foederatum audit, Philippi II. Hispaniae regis immani crudelitate et vesana tyrannide ad amoliendum servitutis intolerabile a cervicibus iugum adigebatur. Libertatem igitur eius proceres et ordines armis vindicabant miranda posteris virtute, deinde unionis foedere firmabant, postea defectionem induciarum pactione stabiliebant, tan-

C 3

dem

g) Corp. univ. dipl. iur. gent. T. VI. P. I. n. 124. p. 202-205.

b) de Vattel Elem. iur. gentium, gallice conscriptis. T. I. L. I. C. 16. §. 200. sq.

i) Instr. pac. osnabr. Art. VI. et monaster. Art. VIII. §. 61. Baro de Watteville: *Histoire de la confédération helvétique*. Encyclopedie T. XI. v. corps helvétique. p. 587. Edit. Yverd.



dem vero sollemnem libertatis confessionem et sanctionem per pacem monasteriensem impetrabant <sup>k</sup>).

Novum defectionis spectaculum et exemplum constituunt nostra aetate coloniae in Americam septentrionalem ab Anglis deductae, et cum regno magnae Britanniae tanquam conditore et auctore originis suae civili, eoque arcto vinculo coniunctae, eiusque imperio submissae. Hae quippe omnem licet suam felicitatem prosperitatemque acceptam referant curae tutelaeque patriae matricis, salvaeque et incolumes liberaeque esse, et commerciis, agricultura, opibus, divitiis florere ac vigere sine conditorum auxilio, benevolentia, amicitia, tuitione nequeant: desciverunt tamen a Britannia et defecerunt, eique leves ob causas societatem, obsequium, fidem, reverentiam sollemni decreto renunciaverunt, sese in plenam vindicturae libertatem, et in rempublicam et systema, quod foederatarum appellant coloniarum coalescentes et sese erigentes <sup>l</sup>). Conqueruntur defectores de variis

k) Carol. du Mont Corp. univ. diplom. iur. gent. T. V. P. II. n. 68. p. 99. Part. I. n. 158. p. 322. T. VI. P. I. n. 231. p. 429. Wagenar Hist. gen. Belgii foed. T. 4. §. Watson hist. Phil. II. Hisp. reg. anglice scripta, in linguam gall. translata. Tom. 4. p. 8.

l) Decretum istud Concilii et Senatus coloniarum unitarum de d. 4. Jul. 1776. causas defectionis et sollem-



variis et infensis moliminibus iugum ipsorum cervicibus imponendi servile, de legum iniquitate, de restricta et circumscripta commerciorum libertate, de privilegiis ademptis et violatis, de arbitraria tributorum impositione et exactione, de devastatione et direptione coloniarum, incendiis et excidio urbium, depopulatione agrorum. Graves et fonticae profecto defectionis causae, si auctores seditionis audias. Sed sagaciores et sapientiores facile praevident et augurantur, futurum esse, ut colonias a matre patria defciscentes, deservescente iracundia et ultionis ardore, et detectis sollicitatorum et ducum consiliis ruptae fidei et societatis poeniteat, utque vesanae libertatis aviditati succedat triste commodorum amissorum et pristinae prosperitatis desiderium<sup>m</sup>).

### CAPUT XIII. DE AMNESTIA.

**A**thenis, sedatis civilibus discordiis, ne ullae simultatum reliquiae in animis residerent, sempiternam illarum oblivionem fore, omnes cives iureiurando

C 4 spon-

sollennem societatis fideique renunciationem complectitur. Extat in collectione gallica: *Mercurie historique et politique*, T. 181. ann. 1776. p. 435.

<sup>m</sup>) Histoire philos. et politique du commerce et des Etablissements des Européens dans les deux Indes. T. VII. L. XVIII. C. 31. 32. p. 178 sq. 182 sq.



spondere solebant <sup>n</sup>). *Amnistias* nomine illa perpetuae discessionum et iniuriarum oblivionis sponso veniebat. Eandem vocem usurpabat M. T. Cicero, cum Senatu post caedem Caesaris dictatoris in aede Telluris convocato, pacis et revocatae reipublicae fundamenta iacturus auctor esset suaeorque, ut omnis memoria discordiarum oblivione sempiterna deleteretur <sup>o</sup>).

In pangenda pace olim ista oblivionis sanctio non videtur fuisse usitata. Romani certe sola formula: *pax et amicitia esto*, uti solebant <sup>p</sup>). Necessaria sane minus est diserta illa recordationis deletio, cum pacis transactioni omnium hostiliter factorum tecta insit remissio <sup>q</sup>).

Sed sequiori aevo illa hostilium venia et oblivio disertis verbis pacis foederibus inseritur. Vetus iste mos est, temporibus iam Regum et Imperatorum Carolingorum observari solitus. Reperitur iam in Pacis foedere A. 860. inter filios nepotesque Ludovici pii a Praefulis proposito. Promittitur omnium iniuriarum oblivio hac formula barbare et abundanter concepta:

„Ut

<sup>n</sup>) Justinus Hist. L. V. C. X. n. 11.

<sup>o</sup>) M. T. Cicero Orat. in Anton. Philipp. I. C. I.

<sup>p</sup>) Livius Hist. L. XXXVIII. C. 38. Brissonius de form. pop. Rom. sollenn. L. IV. C. XLVIII. XLIX.

<sup>q</sup>) Grotius de iure belli ac pacis. L. III. C. XX. §. 15.



„Ut omnium praeteritorum malorum, contra-  
rietatum et supplantationum, ac malarum machi-  
nationum atque molitionum seu nocumentorum  
invicem actorum inter nos abolitio fiat r).

Medio, quod vocant, aëvo amnestiae rarior  
iterum fit in pactionibus pacis mentio, eaque Saeculo  
demum decimo quarto frequentior esse coepit. Sic  
in foedere pacis a. 1379. inter Bernabavem viceco-  
mitem Mediolanensem et dynastas Veronenses icto  
haec invenitur amnestiae sponso:

Item, quod omnes offensae, poenae, damna,  
rancores, iniuriae, inimicitiae, et querelae hinc  
inde quaesitae, datae, et illatae, sint remissae et  
remissa s).

In pacis conventionione inter Iohannem II. Regem  
Castiliae et Iohannem Regem Portugalliae a. 1411.  
inita transigitur

„super caedibus, Roberiis, violentiis, captio-  
nibus, incendiis, damnis, iniuriis, offensis,  
perditionibus etc. r).


C 5

Hodie

r) Steph. Baluzii Capitular. Reg. Franc. Tom. II.  
col. 137. 138. Car. du Mont Corp. univ. diplom.  
T. I. P. I. n. XX. p. 12. 13.

s) Car. du Mont Corp. diplom. univ. iur. gent. T. II.  
P. I. n. 99. p. 133.

r) In Corp. univ. dipl. iur. gent. T. II. P. I. n. 247.  
p. 337.



Hodie non facile pangitur pax, nisi intercedente diferta oblivionis iniuriarum sempiternae sponfione mutuaque promiffione. Diuturnae faper hac amneftia et pervicaces difceptationes ac concertationes tractatus Pacis Weftphalicae morabantur. Difputabatur de illius termino, efficacia, ambitu, et extenfione, inprimis de reftitutione ditionum, quae virtute huius amneftiae fieri deberent. Nolim heic prolixius enarrare longas et tricrarum plenas altercationes <sup>u</sup>). Sufficit pro confilii et fcopi ratione functiones enumerare pacis iftam amneftiam ftabilientes. Primo generalis ftatuitur oblivio omnium bello illo Bohemico et tricennali ab utraque parte hoftiliter factorum et patratorum <sup>v</sup>). Deinde reftitutio omnium imperii membrorum et fciorum fancitur in ditiones in tumultuum Bohemicorum furore ademptas <sup>y</sup>). Poftea huius amneftiae fpeciatim participes declarantur Principes Palatini, aliique Imperii proceffes, fuis ditionibus deturbati <sup>z</sup>). Tandem amneftia eiusque efficacitas porrigitur ad omnes Regni Suecici et Gentis Palatinae miniftros et confiliarios, fingulosque

<sup>u</sup>) Cui volupe eft, hifce pabulari et vefci dapibus, is adeat Io. God. de Meiern *Acta pac. Weftphal.* evolvatque Indicem v. *Amneftia*.

<sup>v</sup>) Inft. pac. Osn. Art. 2.

<sup>y</sup>) Inft. pac. Osnab. Art. 3.

<sup>z</sup>) Inft. pac. Osnab. Art. IV. §. 13 - 51.



iosque auctores, qui pro causa Palatina et Suecica calamum strinxerunt, et vindicem expederunt <sup>a)</sup>).


Ad huius pacis exemplum et similitudinem amnestiae sponso et sanctio iisdem fere concepta verbis Paci Olivenfi inserta reperitur <sup>b)</sup>).

Plura e novioribus pacis foederibus exempla producere supervacaneum foret, cum eadem fere in singulis repetatur formula. Pertinet vero amnestiae sponso proprie ad delendam hostiliter bello patratorum memoriam et ad oblitterandam iniuriarum recordationem. De causis belli ipsis speciatim et diferte transigitur. Si de illis nihil sancitur et spondetur in pace, non possunt illae non censi et reputari remissae, atque abolitae <sup>c)</sup>, et damnorum omnis cessat persecutio et reparatio, nisi indemnitas expresse spondeatur.

a) Instr. Pac. Osnab. Art. IV. §. 13. et 15.

b) Instr. Pac. Oliv. Art. II. §. 1. in Corp. dipl. univ. iur. gent. T. VI. P. II. p. 304. Boehmii V. Illustris Collatio Pac. Oliv. cum Westph. Tom. II. Actor. Pac. Oliv. p. 640.

c) de Vattel Elem. du droit des Gens, T. II. L. IV. C. II. §. 20. 21.



CAPUT XIV.  
DE  
IURIBUS ET OFFICIIS POPULI  
AC NATIONIS INTUITU DEFICI-  
ENTIUM ET SEDITIOSORUM  
ALTERIUS SUBDITORUM.

**E**vulgatum nunc est foedus inter Regem Galliae et colonias Britanniae in America deficientes et unitas ictum, hactenus celatum, et dissimulatione tectum <sup>d</sup>). Exhibeamus eius tabulas gallico idiomate:

*Sa Maj. Très-Chrétienne et les Etats-Unis de l'Amérique-Septentrionale; sçavoir, New-Hampshire, Massachusetts-Bay, Rhode-Island, Connecticut, New-York, New-Jersey, Pensylvanie, Delaware, Maryland, Virginie, la Caroline-Septentrionale, la Caroline-Méridionale, et Georgie, aiant conclu aujourd'hui un Traité d'Amitié et de Commerce, pour l'avantage réciproque de leurs Sujets et Citoyens, ont cru nécessaire de prendre en considération les moyens de raffermir ces engagements, et de les rendre utiles à la sûreté et à la tranquillité des deux Parties, sur-tout dans le cas que la Grande-Bretagne, par ressentiment de cette liaison et de la bonne correspondance, qui est l'objet*

<sup>d</sup>) Foedus commerciorum cum coloniis unitis, a magna Britannia deficientibus percussum iamiam innotuerat.



*L'objet du dit Traité, rompit la Paix avec la France, soit par des hostilités directes, ou en empêchant son Commerce et sa Navigation, d'une manière contraire au Droit des Gens et aux Traités, qui subsistent entre les deux Couronnes: Et Sa Maj. et les dits Etats-Unis aiant résolu de joindre dans ce cas leurs projets et leurs efforts contre les entreprises de leur Ennemi commun; les Plénipotentiaires respectifs, autorisés à concerter les clauses et les conditions propres à remplir ces intentions, ont conclu et arrêté, après la plus mûre délibération, les Articles suivans.*

ART. I. *Au cas, que la Guerre se déclarât entre la France et la Grande-Bretagne, pendant la durée de la présente Guerre entre les Etats-Unis et l'Angleterre, Sa Maj. et les dits Etats-Unis seront Cause commune, et s'aideront mutuellement de leurs bons offices, de leurs conseils, et de leurs forces, ainsi qu'il convient à de bons et fidèles Alliés.*

ART. II. *Le but essentiel et direct de la présente Alliance défensive est de maintenir efficacement la Liberté, la Souveraineté et l'Indépendance absolüe et illimitée des dits Etats-Unis, tant en matière de Gouvernement que de Commerce.*

ART. III. *Les deux Parties contractantes seront, chacune de sa part, et de la manière qu'elles jugeront la plus convenable, tous les efforts en leur*  
 pouvoir



pouvoir contre leur *Ennemi commun*, à l'effet de remplir le but proposé.

ART. IV. Les *Parties contractantes* conviennent, que dans le cas que l'une ou l'autre formât quelque *entreprise particulière*, dans laquelle elle eût besoin du concours de l'autre, la *Partie*, dont le concours est demandé, se joindra promptement et de bonne foi pour agir de concert dans ce dessein, autant que les *circonstances* et sa propre situation particulière le permettront; et dans ce cas elles régleront par une *Convention particulière* la quantité et l'espèce de secours à fournir, ainsi que le tems et la manière de le faire agir, et les avantages qui en doivent être la compensation.

ART. V. Au cas que les *Etats-Unis* jugeassent à propos de tenter la réduction de la *Puissance Britannique*, qui reste encore dans les parties *Septentrionales de l'Amérique*, ou les *Isles de Bermudes*, ces *Pays ou Isles*, en cas de succès, seront confédérées avec les dits *Etats-Unis*, et en dépendront.

ART. VI. Sa *Maj. Très-Chrétienne* renonce pour jamais à la possession des *Isles des Bermudes*, ainsi qu'à celle d'aucune partie du *Continent de l'Amérique-Septentrionale*, qui avant le *Traité de Paris de 1763.* ou en vertu de ce *Traité* a été reconnu comme appartenant à la *Couronne de la Grande-Bretagne* ou aux *Etats-Unis*, ci-devant appelés  
Colo-




Colonies Britaniques, ou qui est à présent ou à été récemment sous le pouvoir du Roi et de la Couronne de la Grande-Bretagne.

ART.VII. Au cas que Sa Maj. Très-Chrétienne jugât à propos d'attaquer aucune des Isles dans le Golfe du Mexique ou près de ce Golfe, qui sont à présent sous le pouvoir de la Grande-Bretagne, toutes les dites Isles, en cas de succès, appartiendront à la Couronne de France.

ART.VIII. Aucune des deux Parties ne conclura ni Paix ni Trêve avec la Grande-Bretagne sans en avoir obtenu au préalable le consentement formel de l'autre; et elles s'engagent mutuellement à ne pas mettre bas les Armes, avant que l'Indépendance des Etats-Unis ne soit assurée formellement ou tacitement, par le Traité ou les Traités, qui termineront la Guerre.

ART.IX. Les Parties contractantes déclarent, qu'étant résolues à remplir, chacune de son côté, les clauses et conditions du présent Traité d'Alliance, suivant leur pouvoir et les circonstances, il ne sera formé ci-après aucunes demandes de compensation, de part ni d'autre, quelle que soit l'issue de la Guerre.

ART.X. Sa Maj. Très-Chrétienne et les Etats-Unis conviennent d'inviter ou d'admettre d'autres Puissances, qui peuvent avoir essuyé des torts de la  
part



part de l'Angleterre, à faire cause commune avec eux, et à accéder à la présente Alliance, sous telles conditions qui seront accordées librement et réglées entre toutes les Parties.

ART. XI. Les deux Parties se garantissent mutuellement dès-à-présent et pour toujours, savoir, les Etats-Unis à S. M. Très-Chrétienne les Possessions présentes de la Couronne de France en Amérique, ainsi que celles qu'elle y pourra acquérir par le futur Traité de Paix: Et Sa Maj. Très-Chrétienne garantit de sa part aux Etats-Unis leur Souveraineté, Liberté, et Indépendance absoluë et illimitée, tant en matière de Gouvernement que de Commerce, ainsi que leurs Possessions et les accestions ou Conquêtes, que leur Confédération pourra obtenir durant la Guerre sur aucun des Etats, possédés à présent ou ci-devant par la Grande-Bretagne en Amérique, conformément aux Articles V. et VI. ci-dessus; le tout comme la possession en sera fixée et assurée aux dits Etats, au moment de la cessation de la Guerre, qu'ils ont actuellement contre l'Angleterre.

ART. XII. A l'effet de fixer plus précisément le sens et l'application de l'Article précédent, les Parties Contractantes déclarent, que, dans le cas d'une rupture entre la France et l'Angleterre, la Garantie réciproque, stipulée dans le dit Article, sortira son plein et entier effet dès le moment qu'une telle  
Guerre



Guerre viendra à éclater : Et, si une telle rupture n'a pas lieu, les obligations mutuelles des dites Garanties ne commenceront pas avant le moment que la cessation de la présente Guerre entre les Etats-Unis et l'Angleterre aura fixé ces Possessions d'une manière certaine.

ART. XIII. Le présent Traité sera ratifié de part et d'autre; et les Ratifications seront échangées dans l'espace de six mois ou plutôt, si faire se peut.


En foi de quoi les Plénipotentiaires respectifs, sçavoir, de la part du Roi Très-Chrétien, le Sr. Conrad-Alexandre Gerard, Syndic Royal de la Ville de Strasbourg, Secrétaire du Conseil d'Etat de Sa Majesté; et de la part des Etats-Unis, les Srs. Benjamin Franklin, Député au Congrès-Général de la part de l'Etat de Pensylvanie, et Président de la Convention du dit Etat; Silas Deane, ci-devant Député de l'Etat de Connecticut; et Arthur Lee, Conseiller ès Loix, ont signé les Articles ci-dessus, tant en Langue Française, qu'en Langue Angloise; déclarant néanmoins, que le présent Traité a été originairement rédigé et arrêté en Langue Française; et ils y ont apposé le Cachet de leurs Armes.

Fait à Paris le sixième jour du mois de Février 1778. (Signé)

(L. S.) C. A. GERARD. (L. S.) B. FRANKLIN.  
(L. S.) SILAS DEANE. (L. S.) ARTHUR LEE.

D

Istud



Istud mihi foedus occasionem praebet disqui-  
rendi, quid liceat nationi intuitu populi, coloniae,  
provinciae ab alterius nationis imperio desciscientis.  
Primo quidem amicitiae aequae ac iustitiae repugnare  
et adversari videtur sollicitare populum ad defectio-  
nem. Gravis haec ad seditionem commotio offensa  
foret, bello ulciscenda. Pro iniuria etiam habent,  
defectionem iuvare et provehere, eamque nummis,  
armis, comitatu, ducibus subministratis promovere.  
Contra vero commerciorum licet seditionis indulgere  
libertatem, facultatemque arma, vestes, merces emen-  
di et comparandi.

Iniuria porro reputatur, populi deficientis, et  
novam constituentis rempublicam libertatem agnosce-  
re, antequam eam natio, a qua defecit, concesserit et  
confessa sit. Iniuria existimatur, foedus cum eiusmodi  
nascente percutere republica, et opem illi ad vindi-  
candam et asserendam libertatem pollicitari. Ego  
nil definitio atque decido. Prostant foederum cum  
populis, defectionem molientibus, attentantibus, fa-  
cientibus percussorum, et defectionis adiutae, atque  
auxiliis provectae ad optatos exitus seditionis, com-  
plura omnium temporum exempla. Ita cum Belgis  
Hispanicae dominationis iugum excutientibus, et sese  
in libertatem, qua nunc fruuntur, vindicantibus  
foedus pepigerunt Elisabetha, Angliae regina, et  
Henricus Franciae rex, illorumque defectionem pa-  
lam



lam pecunia, consiliis, copiis, ducibus subministratis adiaverunt e).

Ita Catharina II. Imperatrix Russiae, sempiterna et immortalis, lateque diffusa et sparsa florens et cumulata gloria, Tartarorum, imprimis in Chersoneso Taurica habitantium, molimina cervicibus suis depellendi iugum Turcicum, seseque adferendi in libertatem, omni ope non solum promovebat, sed foedus etiam cum Tartarica gente, a Turcis desistente percutiebat f), et pacis foedere cum Turcis a. 1774 iecto efficiebat, ut ista gens et Chersonesus Taurica pro regno libero, et omni cum imperio Osmannico nexu soluto declararetur g).

## C A P V T X V.

DE

### ABOLITIONE DICTATURAE.

**L**ibertas reipublicae in maximum adducitur periculum, et discrimen extremum, delato uni homini imperio amplo, imprimis diuturniore. Quamvis


D 2

enim

e) Corps dipl. univ. du droit des gens, T. V. P. I. p. 315. 554. 584. 589. 531. Wagenar hist. Belgii foed. gen. T. III. p. 503. 506.

f) Mercure histor. et polit. 1772. T. I. p. 634.

g) Pac. inter augustissimam Russorum Imperatricem et Turcos a. 1774. in *Caput III.* in *Merc. hist. et polit.* 1774. T. II. p. 443.



enim imperii diuturnitati lege possit modus statui; accenditur tamen illa dominandi cupiditas, et occasio captandi principatus praebetur <sup>b</sup>). Tale imperium semper fere degenerat abique in dominationem.

Dictatoris in republica Romana creatio ultimum erat rebus in trepidis consilium <sup>i</sup>). Sed quamvis populus Romanus eius usum in metu desideraret; potestatem tamen illius in otio timebat, imperiumque eius, quo saepius respublica maximis vindicata fuit periculis, facile commutari et converti in dominatum impotentem, et in immodicam abire crudelitatis licentiam Sullae experiebatur exemplo <sup>k</sup>).

Formidabile omnino reipublicae, et libertati fatale dictatoris imperium erat; sed durationis brevitatis periculum minuebat, et dominationis aviditatem et molimina continebat et refrenabat. Regia sane dictatori potestas deferebatur, regiumque imperium, non nisi tempore finitum. Postquam vero dictaturam Sylla diuturnam, Caesar vero perpetuam reddidit, illa iam totam vim regiae potestatis obsidebat, regni-  
que

<sup>b</sup>) Auctor Libri gallici: de causis Legum, L. II. C. III.

<sup>i</sup>) T. Livius L. IV. Hist. C. 56.

<sup>k</sup>) Memorabilis est eam in rem locus apud C. Velleium Paterculum Hist. Rom. L. II. C. XXVIII. ingeniose et feliciter sanatus et restitutus integritati suae a Davide Ruhnkenio V. Cl. et humanissimo, in praestantissima, quam perpolivit, editione, Tom. I. p. 163 - 165.



que indolem et formam adsciscēbat <sup>l)</sup>). Regnum pertulisse, ait Cicero, Romanos, eoque caede Caesaris liberatos esse, ipsis gratulatur, Eutropius vero dictatoris imperium aequale prorsus fuisse censet potestati imperatorum et regum <sup>m)</sup>), et Caesarem sub dictaturae nomine honoreque vere regnavisse dicit.

Julio Caesare igitur caede sublato, Antonius revocandae reipublicae voluntatem et consilia simulans, et libertatem se firmaturum mentitus legem seu Senatusconsultum sciscēbat, ut dictatura funditus tolleretur e republica, isque sacer esset, qui dictatoris creandi fecisset mentionem <sup>n)</sup>), utque ipsum nomen dictatoris aboleretur in sempiternam Caesaris ignominiam. Etsi proin populus Romanus Octavio Augusto dictaturam pertinaciter offerebat, ille tamen ob nominis invidiam et execrationem eam constanter repellebat, principis nomen praefendum ratus <sup>o)</sup>). Assumpsit potius nomina popularia, speciemque referentia antiquae libertatis.

## D 3

## CAPUT

- l) M. T. Cicero Orat. in Anton. Philipp. I. C. I. II. Boeclerus in Comm. ad Vell. Paterc. L. II. Cap. XXVIII. Tom. II. Edit. David. Ruhnkenii p. 806.  
 m) M. T. Cicero Orat. Phil. I. C. 1. 2. Eutropius Brev. Hist. Rom. L. I. C. XIII. p. 34. Ed. Henr. Verheyckii V. Cl.  
 n) M. T. Cicero Philipp. I. C. 1. 2. Philipp. II. C. 35. Philipp. I. C. 13.  
 o) Velleius Paterculus L. II. Histor. Rom. C. 83. T. I. Edit. Ruhnkenianae p. 370. Bachius δ μακροβιότης in Hist. iur. Rom. L. III. Cap. I. §. 8. p. 274.

## DERELICTIONE REGNI.

**I**nstita mortalium animis dominandi cupiditas, suavitatisque et eminentia imperii nullum profecto principibus consilium difficilius et magis arduum reddunt, quam illud, quod raro capiunt ultro, abdicandi sese principatu, deponendi diadema, descendendi folio, et ad privatam redeundi fortem atque conditionem. Superare humani ingenii animique vires videtur istud sublime, si spontaneum est, consilium, isque fastigii mortalium supremi contemptus <sup>p</sup>). Facilius evenire potest et contingere, ut princeps regnum dereliquisse, et deposuisse imperium putetur et existimetur <sup>q</sup>). Negligentior, feignior, ineptior regni administratio ad istam coniecturam, illudque de abiecto reipublicae gubernaculo iudicium non sufficit. Talia oportet esse principis facta et patrata, ut eius animum abdicandi se imperio manifeste et indubitate prodant et compertum reddant. Huiusmodi facinora sunt exempli gratia peregrinatio diuturna sine ordinatione administrationis suscepta, et sine constitutione interregis; fuga itidem et discessio e regno; abiectio diadematis

p) Robertson: Hist. Caroli V. T. III. Ed. Teuton. p. 442.

q) Hugo Grotius de iure belli ac pacis, L. I. C. IV. §. IX. L. II. C. IV. §. XI, XII.



dematis et insignium dignitatis regiae; transitus ad regni hostes. Henricus dux Andegavenſis ex regia Valeſtorum ſtirpe, in Regem Poloniae adſcitus et electus, poſt ſegnem vecordemque regni adminiſtrationem, comperto fratris obitu, clandestina fuga ſe proripiebat, et de reditu fruſtra admonitus ſollenni procerum regni decreto ſolium deſeruiſſe, regnum deſtituiſſe, imperio excidiſſe declaratus eſt \*).

Iacobus II. M. Britanniae Rex, hoſtili et inſeſto erga populum animo manifeſte declarato, et detectis conſiliis et moliminibus ſacra obrudendi romana, leges regni evertendi, conſtitutionem illius ſuccutiendi, libertatem opprimendi, et dominatum ſtabiliendi, tandem, imminente regni liberatore et vindice libertatis, et deſperatis rebus, projecto in Tameſim amnem magno regni ſigillo, excedebat, evadebat, et ad regem Galliae confugiebat. Senatus igitur et concilium nationis eiusque optimatum iſtud regis profugium pro abdicatione imperii, et ſolium deſtitutum pro orbato et derelicto declarabat, ſuſſectis genero et filia regibus \*).

#### D 4 CAPUT

- r) Lengnich: *Hiſtoria Polon.* C. I. §. V. VI. p. 68 - 70.  
 s) Gaill. Blackſtonus in *Comment. ad Leges M. Britanniae*, *anglica lingua vulgaris*, L. I. Cap. 3. p. 211. 212. Dav. Hume: *Hiſt. M. Brit.* Tom. II. Iac. II. Cap. II. p. 424. ſq. *Ed. Germ.* et 441. Maubert: *Hiſt. polit. du Siècle etc.* Ch. XVIII, p. m. 567. ſq.



be stultis et CAPUT XVII. DE  
 siget re alnovayobna zu DE  
**DIADEMATE DEPOSITO, POST  
 ABDICATIONEM RESUMTO.**

**R**aro principes, qui se imperio abdicaverunt, consilium constanter et fortiter perferunt, vitaeque et conditionis, in quam recidunt, privatae taedium sustinent. Plerosque, qui diadema deposuere, mox et brevi interiecto temporis spatio consilii poenitet, et resumendi imperii cupiditas incendit, stimulat, excruciat. Sed ad solium, quo desiluerunt et descendunt, reditum praeclusum inveniunt atque praestructum. In regno, quod electione defertur, princeps ad solium reverti relictum non potest, nisi post mortem regis illi successi nova interveniat electio. Ubi principatus hereditate obvenit, successor ad cedendum non potest compelli solium, sed potestate potius pollet vi reprimendi molimina antecessoris, cupiditate resumendi diadematis accensi. Exemplis rem illustremus.

Imperatores ac Augusti ambo C. Aurel. Val. Diocletianus et Maximianus Herculeus, artibus et minis Galerii Caesaris aequae, ac valetudine adfecta adacti, imperio utiliter et magna cum gloria per viginti annos administrato sese abdicabant, et in vitam privatam concedebant, stationem tuendae reipublicae viri-



viridioribus et junioribus mandantes. Diocletianus, magno animo rerum humanarum vanitatem contemnens, et virtute ac constantia inusitata absque poenitentia et taedio, privatae vitae et conditionis statum, ad quem remeaverat, tolerans et sustinens, praeclearo otio consenuit, quamvis ab Herennio et Galerio ad imperium resumendum ac recipiendum instanter sollicitatus esset \*).

Sed Maximianus aegre ad abdicationem commotus, imperium et fastigium, quod invitus amiserat, interiecto tempore resumere conabatur, at infausto exitu \*\*).

Diocletiani virtutem et animi magnitudinem aequavit et superavit divus Carolus V. Imperator, qui post depositam potestatem ita in contemptu rerum humanarum fastigiique relictis, vanitatem illius expertus et aerumnas, perstitit et perseveravit, ut nullum plane poenitentiae, taedii, aegritudinis indicium ederet, nullamque moveret suspicionem \*).

D 5

Contra

\*) Eutropius Hist. Rom. breviar. L. IX. C. 27. 28. Ed. Verheyck. p. 475 - 477. Lactantius de morte persecutorum, C. XVIII.

\*\*) Eutropius Brev. Hist. Rom. L. X. C. II. III. p. 483. Ed. Verheyck. Lactantius de morte persecutorum, C. XXIX.

\*) Guill. Robertson: Vita Caroli V. Tom. III. p. 524. § 25. Ed. Teut.

Contra vero Christina Sueciae Regina magis animi levitate et exhausti fisci egestate, ac reipublicae administrandae taedio, quam consilio et ratione commota imperio se abdicans, resumendi diadematis voto et tentatione, quavis opportunitate recipiendi imperii, agitata fuit y).

Philippus V. Hispaniae Rex florentissima aetate, atra bile laborans, et superstitione anili infectus, magis animi imbecillitate, quam ratione, vel, ut opinio est, spe et consilio aspirandi ad coronam et sceptrum Franciae permotus ac inductus, imperio se ad omnium stuporem abdicabat z). Verum successore filio rege Ludovico paucos post dies extincto, instigante inprimis uxore, magni sed impotentis animi femina, Philippus, sua auctoritate, tanquam in regno, quod in patrimonio haberet, imperium et diadema depositum post pervicacem recusationem resumit, abdicandi sibi libertate reservata, si filius, Princeps Asturiae sollenni edicto declaratus, ad pubertatem pervenisset, seu aetatem regno administrando idoneam a).

#### Alium

- y) Memoires pour servir à l'histoire de Christine Reine de Suede, Tom. II. p. 265. sq.  
 z) Montgon: Memoires Tom. I. p. 29-38.  
 a) Car. du Mont Corp. dipl. univ. iur. gent. T. VIII. P. II. n. XXIX. p. 89. Montgon: Memoires T. I. p. 48. Millot: Elem. d'histoire, T. V. Ep. XV. Ch. II. p. 272.



Alium exitum eventumque habuere molimina Victoris Amadei Sardiniae regis, recipiendi imperii, quo se pariter superstitione et taedio rerum humanarum impulsus et fascinatus praecipite consilio abdicaverat. Filius quippe rex patrem coronae inhiantem, eamque repetentem iudicio Consistorii functionis custodiae mandavit, ac tradidit, in qua iste decessit <sup>b)</sup>. Asperum multis, durum, immane hoc consilium videbatur, sed subductis recte rationibus illud reprehensionem non mereri deprehendent saniores iudices, siquidem salva esse et servari respublica alia ratione non poterat.

## CAPUT XVIII.

DE

### LIBERA LEGATIONE AD ULPIANUM L. L. D. DE LEGAT.

**U**lpianus Lib. LXXIV. ad Edictum Praetoris ait:  
 „Qui libera legatione abest, non videtur reipublicae  
 „caussa abesse; hic enim non publici commodi causa,  
 „sed sui abest.“ Libera legatione is dicitur abesse,  
 qui non publicae, sed rei privatae causa extra Italiam abiturus, a Senatu ius et nomen legati populi  
 Romani

<sup>b)</sup> Millot: Elemens d'histoire generale, T. V. moderne, Epoq. XV. Ch. II. p. 273.



Romani impetravit, ut maiori cum dignitate et securitate iter facere, et ubique versari posset e).

Solebant quippe Senatores extra Italiam iter molientes privatae rei causa, v. g. voti solvendi, hereditatis, vel syngraphae persequendae gratia, maioris ornamenti et auctoritatis ergo Legati ius et nomen impetrare a Senatu, haecque legatio, qua in speciem decorabantur, libera dicebatur d). Dicebatur vero ista Legatio libera ideo, quia tempus illius initio erat infinitum, licebatque ire et redire, cum placebat. Ita Brutus post Caesaris dictatoris necem, comperta Antonii mente fuga saluti consulturus, liberam sibi, sociisque facinoris et itineris comitibus legationem postulabat, quo causam profectionis honestam haberent e). Ita Tiberius, praetor designatus, liberam legationem impetrabat f).

Cum multi nimium abuterentur liberis legationibus, de illis penitus abolendis et proscribendis Cicerò Consul referebat ad Senatum. Cum vero tribunus plebis quidam obniteretur et resisteret, tantum modo efficere valuit, ut tempus illarum, quod antea

in-

c) Cuiacius L. IX. Obf. et emend. Cap. XXIX. Ed. Hal. p. 280. Noodt Comm. ad Pandect. L. IV. T. VI. Ex quib. caus. maj. T. II. Op. p. 124.

d) Ernesti V. Cl. Clav. Cic. v. Lex Iulia: de liberis Legationibus. Pitiscus Lexic. ant. Rom. T. II. p. 405.

e) M. T. Ciceronis L. XI. Epistolar. ad famil. Ep. I.

f) C. Suetonius vit. Tiberii C. 31. Ed. Ernesti p. 203.



infinitum erat, anno includeretur *g*). Turpe Cicero rebatur esse, quemquam legari nisi reipublicae causa, et quemquam ornari nomine Legati, nisi mandatis instruatur, et munere fungatur reipublicae. Male insuper se multi gerebant, qui legationis liberae honore decorati extra Italiam, in provinciis hereditates et syngraphas persequebantur. Eam ob causam liberas legationes Cicero penitus tollere satagebat, vel minimum tempus illarum minuere. Postea amplius iterum tempus legationis liberae Caesar reddidit, quinquennium indulgendo et definiendo. Cicero Legis Iuliae, qua id factum, meminit *h*). Sed peculiarem legem ea de re non fuisse latam, sed hanc sanctionem fuisse caput Legis Iuliae de provinciis ordinandis coniicit Ernesti ὁ πᾶν, eique ad stipulatur Bachius ὁ μεταξὺ, quem nondum eluxit respublica litteraria *i*). Forsitan ea lex Iulia fuit caput legis illius, qua Suetonio auctore Caesar dictator frequentiae civium consuluit, coercendo libertatem peregrinandi, et ex Italia abeundi *k*).


Qui igitur nudo Legatorum nomine decorati sine munere et mandatis, sui, non reipublicae commodi causa ex Italia aberant, reipublicae causa abesse

*g*) M. T. Cicero de Legib. L. III. C. VIII.

*h*) M. T. Cicero ad Attic. L. XV. Epist. XI.

*i*) Ernesti in Clav. Cicer. v. Lex Iulia de lib. leg. Bachius in hist. iur. rom. L. II. C. II. §. 92. p. 189.

*k*) Suetonius Caes. C. XLII.



esse existimari non poterant. Qui sui commodi, non reipublicae causa abest, is reipublicae causa non abest <sup>l)</sup>. Qui igitur libera absunt legatione, a Praetore auxilium praestolari nequeunt <sup>m)</sup>.

### CAPUT XIX.

DE

## STATURA MILITARI AD L. III. C. THEOD. DE TIRONIBUS.

**M**ilitaris statura ea dicitur corporis proceritas, quae in milite et deligendo tirone exigitur <sup>n)</sup>. Huius staturae imprimis Romani habebant rationem, eiusque certus modus erat definitus <sup>o)</sup>. Et recte hanc corporis proceritatem in tirone requirebant, cum in illa robur ferendo militari labori idoneum, et imprimis in humerorum largitate et fortitudine, et in firmitate et vigore pedum collocatum esse videatur.

Super-

- 1) Ulpianus L. 36. D. Ex quib. caus. maiores XXV. annis.  
 m) Noodt Comm. ad Tit. *Ex quib. caus. maj.* Tom. II. Op. p. 134.  
 n) Livius L. VII. Hist. C. X. militarem staturam eximiae corporis magnitudini opponit.  
 o) Iac. Cuiacius L. XXI. C. V. Obs. p. 715. Ed. Hal. Radulph. Fornerius rer. quotidian. L. V. C. XVI. in Ev. Ottonis Thesi. iur. civ. T. II. p. 268.



Superfunt de modo huius proceritatis, et statura militari constitutiones principum in Codice Theodosiano. Lex 5. C. Th. *de re militari* a militia summovet corporis mediocritate deformes. Lex 12. C. Th. *de veteranis*, corporis parvitate deformes virorum fortium consortio indignos iudicat. Lex 13. C. Th. *de divers. offic.* tales desiderat tirones, qui gestandis armis pro statura et robore corporis idonei sint. Lex 8. C. Th. *de fil. milit. apparit.* illos arcet militia, quibus robor et statura corporis deest. Est apud Fl. Vegetium *de re militari* L. I. Caput V. singulare: *de proceritate tironum semper exacta, seu qua statura sunt probandi tirones.* Locum apponamus:

„Proceritatem tironum ad incommam scio femper exactam: ita ut senos pedes, vel certe quinos et denas uncias habentes inter alares equites, vel inprimis legionum cohortibus probarentur etc.,

Sex pedes, vel quinque minimum et denae unciae exigebantur. Sed maior tunc temporis proceritas atque statura exigi poterat, quia frequentior ad militiam concursus, adeoque maior delectus erat. Sequiori aevo rarius inveniebatur haec proceritas, quoniam pauciores militiam sequebantur. Rarior etiam in Italia haec statura hominum erat. Hinc Nero legioni, ex Italicis senum pedum tironibus

con-

conscriptae nomen Phalangis alexandrinae imposuit<sup>p</sup>).  
 Tempore Valentiniani primi ac senioris magis adhuc  
 minutus fuit militaris staturae modus. Is quippe  
*delectum* haberi iubebat *in quinque pedibus et septem  
 uncis usualibus*. Extat ea de re eius constitutio in  
 Lege 3. C. Theod. de Tironibus<sup>q</sup>).

Mensurabatur vero tironum vel delectorum vel  
 ad militiam sponte convolantium proceritas ad *In-*  
*commam*, ut Vegetius ait L. I. C. 4. 5. de re mili-  
*tari*. Erat Incommam palus in terra defixus, ad quem  
 tirones admoti examinabantur, an statura essent iusta  
 et satis procera. Est enim ἔγκομμα palus in terra  
 defossus<sup>r</sup>).

## C A P U T XX.

DE

### REGNI HEREDE OBSIDE.

**R**egios pueros et regum filios pacis foederumque  
 obsides imperatos, datos et acceptos iam antiquitus  
 esse, supra me observare memini, et exempla com-  
 probant apud Iustinum<sup>s</sup>). Erant inter regum filios  
 pignori

- <sup>p</sup>) C. Suetonius Tranquillus Vit. Neronis C. XIX.  
 p. 666. Ed. Oudendorpianae.  
<sup>q</sup>) Iac. Gothofredus Comm. ad Cod. Theodof. L. 3.  
 C. Th. de Tiron. Tom. II. p. 374. sq. Ed. Ritteri.  
<sup>r</sup>) Carol. du Fresne du Cange Gloss. med. et infim.  
 Latinit. Tom. III. voc. Incommam, col. 1376. 1377.  
<sup>s</sup>) Iustinus hist. Phil. L. 32. C. 2. L. 34. C. 2. 3. 4.  
 L. 42. C. 5.



pignori datos etiam heredes regni, qui post patris obitum in regno succedebant. Hi fidissima fidei pignera sunt, minus negligenda, quam secus cara et pretiosa. Aevo etiam recentiori regum filios, in regnum successuros, pignori obligatos esse, constat. Rex Galliae Franciscus I. captivus pacis, cum Carolo V. imperatore a. MDXXV in Italiae obsides spondebat filios ambo natu maiores, Delphinum et Ducem Aurelianensem, aut huius vice et loco viros ex nobilitate regni principali delectos †). Durae pacis iniquae conditiones, principi captivo extortae pignora postulabant tam cara, tam pretiosa, tamque desiderabilia. Rex non nisi traditis filiis, pacis obsidibus libertatem recuperabat, hique in Hispania manebant et pigneratio nexu detinebantur, donec pecunia redempti essent †).

Quaeritur, si pater filii, regni heredis, obsidis dati decedat, et huic regni administratio deferatur, an is obses retineri possit? Negandum esse putaverim, quia regis filius, regnique heres, non rex obses datus est. Sed aut legibus pacis confestim satisfaciendum, aut alius eiusdem pretii et ponderis obses sufficiens erit. Quodsi pacis conditiones eo momento

†) Pax Madrit. d. 14. Ian. 1525. Art. V. in Caroli du Mont Corp. dipl. univ. iur. gent. T. IV. P. I. p. 401.

‡) Guill. Robertson Hist. Caroli V. Imp. Tom. IV. Libr. IV. p. 77. 83. 215. Garnier: Hist. de France Tom. XXIV. p. 216. 226. 401.



mento iam violatae essent, tunc et regem retineri obfidem posse existimaverim \*).

C A P U T XXI.

DE

REGE CAPTIVO, REGNO SE  
ABDICANTE.

**R**ex bello captus imperio non excidit, sed fungi et uti impeditur. An possit sese abdicare regno captivus, ut victorem fraudet fortunae emolumento, spemque lytri opimioris, et pacis lucra frustret, difficilis est quaestio.

Si pacem pangere nequit valide, si conditiones durae et iniquae captivo regi extortae populum gentemque non obstringunt; tunc nulla ratio et utilitas esse potest sese abdicandi regno. Si vero pax a rege captivo facta nationem, populum, gentem obligat: tunc ille, si salutis et commodis regni magis quam suae libertati intentus est, deponere potius diadema debet et potest, quam turpes, ignominiosas, iniquiores pacis leges admittere. Nullam victor querendi causam habet, qui fortuna abutens sua, captum bello regem ad dedecoras durasque pacis conditiones adacturus, ad capiendum desperati animi consilium, abdicandi sese regno, compellit.

Exem-

\* ) Ill. de Vattel: Elem. du droit des Gens, Tom. I.  
§. 257.




Exemplum praebuit Franciscus I. Galliae Rex, superbius a Carolo V. Imperatore in captivitate tractatus. Cum enim hic ipsi ducatum Burgundiae, et iniquiores pacis condiciones alias extorquere conaretur; fatius duxit magni animi princeps, regnum et libertatem amittere, quam commoda, gloriam, salutem regni, gentis suae, et nationis immolare. Abdicavit igitur sese regno sollemniter et publico instrumento, hocque in Franciam misit, denunciata victori diadematis depositione ?). Sive simulatum, sive serio captum fuerit hoc consilium, vicit sane et fregit illud pervicaciam superbiamque Imperatoris, eumque ad festinandam et maturandam pacem commovit.

Non inficior esse rationes haud spernendas, ob quas hoc consilium, ceu fraudem illicitam et inhonestam damnandum, et reprobandum, nonnulli opinantur. Victorem quippe, aiunt, qui regis potitus est persona, illo capto ius adeptum esse, lytrum non modo rege dignum exigendi, sed etiam opportunitate temporis et fortunae utendi ad obtinendas optimiores pacis condiciones. Hanc spem, insistant, non posse hac fraude frustrari, populum et nationem

E 2

teneri

?) Guill. Robertson: in hist. Caroli V. Imp. Tom. 4. L. 4. p. 74. *Edit. et versiois Francicae.* Garnier: Histoire de France T. XXIV. p. 195. sq. ubi et diploma exhibetur abdicationis.



teneri redimere regem captum, et pacis legibus ab illo acceptis subscribere. Nolim ego hanc dirimere litem.

## CAPUT XXII.

DE

### OBSIDIBUS, PRO SINGULARI PACIS CONDITIONE DATIS.

**P**acis universim servandae et implendae obsides exigi et dari, exemplis constat vetustis et novioribus. Sed unius pacis inita conditionis causa obsides tradi magis inusitatum est.

In Pace Aquisgranensi a. MDCCXLVIII. facta Articulo IX. Rex magnae Britanniae spondet, se in securitatem promissarum in America restitutionum, praefixo termino peragendarum daturus obsides, ex nobilitate principali deligendos \*). Nostra aetate eiusmodi pacis pignora parum utilitatis habent. Necarii obsides humanitas prohibet; carceri et custodiae mandari parum proderit ad implementum pacis obtinendum, cavendamque eius violationem a).

## CAPUT

- z) Pax Aquisgranensis de A. 1748. Art. IX. in Rousseti recueil historique d'Actes, negociations, traités, T. XX. p. 196.  
a) Mably: Droit public de l'Europe fondé sur les traités, T. III. C. XIV. p. 93.



CAPUT XXIII.  
DE  
TUTIONE ECCLESIAE RI-  
GENSIS DUCIBUS OLIM POME-  
RANIAE ET MEGAPOLITANO  
DEMANDATA.

**L**ivoniae cum Imperio Germanico nexum antiquum dudum probaverunt viri harum rerum periti. Rigenfis ecclesiae tutionem peculiari cura susceperunt Imperatores, eamque modo Daniae et Sueciae Regibus, modo etiam Pomeraniae et Megapoleos ducibus demandaverunt. Extant imprimis eiusmodi tutelaria mandata Caroli IV. Imperatoris, quibus dictis principibus singulis et iunctis ecclesiae Rigenfis, et eius iurium et ditionum custodiam et defensionem defert, et commendat <sup>b</sup>).


CAPUT XXIV.  
DE  
FEUDIS LIVONIAE.

**P**raedia nobilium in Livonia magnam partem clientelae et beneficii nexu tenebantur a Praefule et ecclesia Rigenfi, et iure Germanorum beneficiario tractari solebant et iudicari. Inaugurationem petere vassalli debebant; quod si neglexerint, beneficio exuebantur,

E 3

bantur,

<sup>b</sup>) Matth. Dogielis Cod. dipl. Regni Pol. T.V. Livonia. n. LV. p. 75. sq.



bantur, nisi veniam culpae impetraverint a domino. Vigebat etiam mos, ut causae beneficiariae dirimerentur a iudicio parium curiae c).

CAPUT XXV.

DE

INAUGURATIONIBUS PRAESULUM RIGENSIUM BENEFICIARIIS.

**R**igenfis ecclesiae praesul ditiones ab Imperio Germanico tenebat beneficii modo, et sollenni eas accipiebat inaugurationis ritu. Ita Imperator Sigismundus Henningo Rigenfi antistiti ditiones, regalia, temporalia sollenni more in feudum conferebat a. MCCCCXXVI. et ab illius procuratoribus fidei recipiebat iusiurandum d).

CAPUT XXVI.

DE

CONSTITUTIONE PRAESULIS RIGENSIS.

**P**raesul Rigenfis ecclesiae optione et electione collegii Canonorum creabatur. Arrogabat sibi eius constitutionem ordo militum sacrorum ensiferorum, eius-

c) Matth. Dogiel: Cod. Regni Polon. dipl. Tom. V. Liv. p. 80. n. LIX. p. 103. n. LXV.

d) Matth. Dogiel: Cod. Regni Polon. dipl. Tom. IV. Livon. n. LXXVI. p. 131.



cuiusque magister, sed Pontifex maximus Capitulo iuxta concordatorum Germanicae nationis normam electionem sui antistitis sollemni decreto vindicabat e).

CAPUT XXVII.

DE

GUILIELMO MARCHIONE  
BRANDENBURGICO, RIGENSI  
PRAESULE QUAEDAM.

**W**ilhelmus Friderici Marchionis Onoldini filius, frater Alberti primi Prussiae Ducis, huius ope primum adiutor antistitis Rigenfis adfectus, postea ad archiepiscopi dignitatem pervenit. Multis ille et acerbis cum ordine Teutonico in Livonia iurgis et contentionibus inclaruit. Inculpabatur ab illo ordine, ipsum hostilia moliri in eius exitium, Livoniam subducere Imperio Germanico conari, eam subicere velle principi extero. Accusationem et querelas ordinis antistes deferebat ad Imperatorem. Sed calumniam graviter a se amolitus est Rigenfis Praesul f), repurgatis vero sacris tandem sede armis et vi deiectus Regiomonti consenuit et obiit, sed in templo tamen Rigenfi humatus est.

E 4. CAPUT

- e) Iulii II. P. M. Sententia d. V. Apr. 1508. in Matth. Dogielis Cod. dipl. regni Polon. T. V. n. XCV. p. 168.  
f) Matth. Dogiel: Cod. diplom. R. Polon. Tom. V. Livon. N. 117. 118. p. 197. sq.



CAPUT XXVIII.  
DE  
ANTIQUO NEXU MOLDAVIAE  
ET VALACHIAE CUM REGNO  
POLONIAE.

**M**oldaviae et Valachiae Principes maiestatem regni Poloni comiter quondam venerabantur, et eius imperio obnoxii erant atque submissi. Certe harum ditionum principes, ut vocabantur, palatini Regibus Poloniae fidei et obsequii sacramentum praestabant, tributa pendebant, opem et auxilia ferebant, veniam admissorum ab illis, et indigenarum Poloniae privilegia impetrabant *g*).

Laxiorem vero et solutiorem fuisse horum principum cum Poloniae regno nexum, non abnuerim, cum foedera quoque illi cum regibus Poloniae pepigerint fere aequalia *h*).

CAPUT

*g*) Matth. Dogiel: Cod. regni Polon. diplom. T. I. Moldavia et Valachia. N. IV. p. 599. N. V. p. 600. 601. N. VI. p. 602. N. VII. p. 603. N. XIII. p. 680. N. XIV. XV. XVI. p. 620. sq.

*h*) Matth. Dogiel: Cod. regni Polon. diplom. T. I. Moldavia et Valachia. N. I. p. 597. N. II. III. p. 598. N. V. p. 600. N. VIII. p. 607. N. IX. p. 610. N. X. p. 613.



## CAPUT XXIX.

DE


LINGUA ANGLICANA ITERUM  
IN FORA ET AULAM  
REDUCTA.

**B**ritannis antiquis sine dubio eadem erat lingua, qua Galli utebantur, sed dialecto paullulum diversa ac variata <sup>i</sup>). Angli, Britannis admixti, suum genti intulerunt sermonem, ex qua linguarum commixtione novus prodiit sermo, qui usque ad subactae et quaesitae a Wilhelmo Normannorum duce Britanniae tempora perduravit <sup>h</sup>). Hic in contemptum nationis subiugatae veterem et patrium illius sermonem ex aula et foro penitus proscripsit <sup>l</sup>). Exulem linguam reduxit avitam Eduardus III. Rex, et primum instrumentum anglico sermone conscriptum est conventio cum Scotis de Trenga de anno MCCCCLXXXVI. forsitan a Scotis confecta <sup>m</sup>). Ab illo tempore sensim illius usus iterum invaluit, praevalente tamen in publicis scriptionibus atque negotiis sermone latino et Francico.

E 5

CAPUT

- <sup>i</sup>) C. Tacitus in Vit. Iul. Agricolae C. XI.  
<sup>h</sup>) Hallucinatur Iac. Cuiacius, qui gallicum sermonem semper in Britannia praevaluisse putat L. I. Tit. I. Comm. Feud. T. II. *op. omn. Col. 1184. Edit. Neapol.*  
<sup>l</sup>) Dav. Hume Hist. Angliae T. I. p. 171. *vers. Teur.*  
<sup>m</sup>) In Thomae Rymeri Foeder. et actis publ. Anglicanis. Tom. III. p. 205.



CAPUT XXX.  
DE  
CONCESSIONE PONTIFICIS  
MAXIMI REGI BRITANNIAE  
FACTA OCCUPANDI  
HIBERNIAM.

**V**esano Pontificum Romanorum more donandi imperia et regna Hadrianus IV. Romanae ecclesiae praeful supremus Henrico II. Anglorum regi sollenni diplomate facultatem veniamque a. MCLIV. indulgebat et impertiebatur, perdomandi et subigendi Hiberniam, concessa ipsi Insulae hac conditione proprietate et dominatione, ut ex quavis domo Sancto Petro unus annuatim penderetur denarius, quem rex censum stipulata manu sponderet \*).

CAPUT XXXI.  
DE  
NEXU SCOTIAE BENEFICIA-  
RIO CUM ANGLIAE  
REGNO.

**R**egna sine imperii summi deminutione beneficii modo teneri ac accipi posse, dudum observarunt iuris publici

\*) Bulla Pontificis exstat in Thom. Rymeri foeder. et act. R. Angl. T. I. P. I. p. 5. Edit. Belg. et in Nicol. Coleti Collectione SS. Concil. max. T. XIII. col. 14.




publici doctores<sup>o</sup>). Scotiae regnum clientelari nexu et obsequio quondam regibus Angliae obnoxium extitisse contenderunt complures, et ab ipsis Angliae regibus quondam adferebatur. Regum Scotiae nonnullos Angliae regibus fidei et clientelae sacramentum praestitisse, inficiabitur nemo. Certe Wilhelmus Scotiae Rex victus et ad duras pacis leges adactus ab Henrico II. Angliae rege, sese huic tanquam hominem ligium devovit atque obnoxium reddidit<sup>r</sup>).

Sed istud clientelare obsequium Regi Scotiae, tanquam vi extortum captivo, iterum remisit Richardus I. Angliae rex, cum expeditionem in terram sanctam moliretur, reservata saltim necessitate, investituram recipiendi de praediis, quae rex Scotiae in Britannia possideret<sup>q</sup>). In diplomate, quo rex Scotiae clientelae vinculo a Richardo exsolvitur, manifeste indicatur, Scotiae reges non nisi quaedam praedia, seu terras nonnullas tenuisse beneficii titulo, et nonnisi horum praediorum nomine ligios fuisse homines Anglici regni<sup>r</sup>).

Equi-

- <sup>o</sup>) Hugo Grotius de iure belli ac pacis L. I. C. III. §. 23. Nettelblatt Vir illustr. Syst. iuris natur. §. 1472. sq. Mascovii L. de iure feud. C. IV. §. 16.  
<sup>p</sup>) Per foedus pacis a. 1174. ictum in Thom. Rymeri foed. et act. Angl. reg. T. I. P. I. p. 13.  
<sup>q</sup>) Thom. Rymeri Foed. et Acta R. Angl. T. I. P. I. p. 21.  
<sup>r</sup>) Rymer c. I. p. 21. Hume Hist. Angl. T. II. C. XIII. p. 67. 68.



Equidem Alexander III. Scotiae rex clientelae  
 nexum et fidei sacramentum erga Henricum III. An-  
 gliae regem restauravit, auctore Matthaeo Parisiensi,  
 praestito *de Laudiano et aliis terris homagio*. Sed  
 hoc *Laudianum* erat ditio et provincia Angliae a rege  
 possessa Scotiae beneficii nexu, ut evidenter demon-  
 strat David Hume *ὁ μανναγίτης* <sup>5)</sup>. Contentio inter  
 aemulos regni Scotiae, Eduardum I. Regem An-  
 gliae, arbitrum litis super successione dirimendae im-  
 prudenter fumentes, sollicitabat principem elati animi,  
 regno Scotiae rapiendo inhiantem ad dominium  
 Scotiae feudale adserendum et vindicandum. De-  
 clarabat igitur animum, istam litem sese non ut ar-  
 bitrum, sed tanquam dominum Feudi supremum de-  
 cisurum <sup>6)</sup>. Haesitabant primo regni proceres, et  
 inducias postulabant, verum regni aemuli Eduardi  
 dominium directum atque supremum agnoscebant,  
 eique litis decisionem tanquam domino feudali sub-  
 mittebant <sup>7)</sup>. Eduardus Iohanni de Balliolo regnum  
 adiudicabat, eumque praestito fidei et clientelae sa-  
 cramento in eius possessionem mittebat <sup>8)</sup>. Ab eo  
 tem-

5) Hume Hist. Angl. T. II. C. 13. n. p. pag. 67. 68.  
 vers. German.

6) Thom. Rymeri Foed. et Act. publ. R. Angl. T. I.  
 P. III. p. 88. p. 93 - 95.

7) Rymer c. 1. T. I. P. III. p. 88. et 93. sq. 107.

8) Rymer Foed. Angl. T. I. P. III. p. 112 - 116.



tempore Eduardus supremum in Scotiam dominium superbe exercebat, receptis non modo a Scotiae tribunalibus ad se provocationibus, verum etiam ipso Scotiae rege iterate in ius vocato y). Intercedebat Pontifex Romanus, supremum Scotiae dominium sibi vindicando \*). Tandem vero ille beneficiarius Scotiae cum Angliae regno nexus profus solutus et diremtus fuit ab Eduardo III. Angliae rege, qui regnum Scotiae liberum et ab omni clientelae obsequio exemptum declaravit o).

CAPUT XXXII.

DE

TITULO POTENTISSIMI, REGI  
POLONIAE AB IMPERATORE  
TRIBUTO.


**P**oloniae Regibus Imperatores Romano-Germanicū *Potentissimi* Elogium olim negarunt. Leopoldum Imperatorem hunc titulum illis sese impertiturum, expressa pactione spondidisse, patet ex significatione Ioannis Casimiri Poloniae regis Cancellariae regiae a.

MDCLIX

y) Rymer c. I. Tom. I. P. III. p. 116-121.

z) Rymer c. I. p. 209. sq.

a) Declaratio Eduardi III. de anno 1328. exstat apud Thom. Rymerum: Foed. et Act. R. Angl. T. II. P. III. IV. p. 7. *Edit. Belg.*



MDCLIX facta <sup>b)</sup>). Conventionis indicatae tabulas non reperio, nec in foedere inter Leopoldum et Johannem Casimirum a. 1657. percussio <sup>c)</sup>, de hoc encomio cautum quid et sancitum esse invenio.

### CAPUT XXXIII.

DE

## ARROGATIONE LUDOVICI BOHEMIAE REGIS FACTA A MAXIMILIANO I. IMPE- RATORE.

**P**ossunt, solentque Reges alienam sobolem in penates suos adsciscere, ac in republica successorem quaerere, adoptando et in spem imperii assumendo illum, quem optimum iudicant <sup>d)</sup>. Si regnum est in patrimonio, et successoris adsciscendi arbitrium penes principem, tunc adoptione continetur heredis institutio et assumtio in spem imperii. Ita Micipsa Numidiae rex Iugurtham, ob egregiam indolem et praeclara facinora, adoptione regni heredem instituebat.

<sup>b)</sup> Apud Matth. Dogielem in Cod. diplom. regni Pol. T. I. Bohemia. n. 104. p. 321.

<sup>c)</sup> In Cod. cit. regni Pol. dipl. T. I. Bohemia. n. 103. p. 317.

<sup>d)</sup> Exempla adoptionum regiarum cumulate recenset Struvius in Jurispr. heroica, P. IV, C. V, Sect. III, p. 476.



tuebat e). Ita Galba Imperator Pisonem arrogabat et in imperio successorem adscisciebat f). Alia ex antiquitate exempla praetereo.

Sed recentius sequioris aetatis exemplum penitus ob singularitatem inspicere et contemplari iuabit. Cum in solenni Maximiliani I. Imperatoris, Vladislai II. Regis Hungariae, et Ludovici I. Bohemiae regis congressione ac conventu Viennae a. MDXV, icto inter illos foedere, Imperatoris neptis Maria Ludovico I. Bohemiae regi desponderetur, Maximilianus hunc solenni diplomate in nomen suum adscisciebat, filiumque arrogabat g), et in familiam Austriacam, ut aiebat, assumebat. Sed ea arrogatio tantum abest, ut Ludovico succedendi ius in ditio- nibus gentis archiducalis tribueret, ut potius cum diserta protestatione facta sit, illam successioni am- borum imperatoris nepotum fraudi non futuram, nec ulla ratione esse derogaturam h). Contra vero Ludovicus ab Imperatore generalis imperii vicarius ac Interrex eodem dicebatur et creabatur diplomate, quin

e) C. Crisp. Sallustius in bello Iugurthino. C. IX. X. Tom. I. Edit. Havercamp. p. 35. 36.

f) C. Corn. Tacitus L. I. hist. C. XV. C. Suetonius: Galba C. XVII.

g) Arrogationis diploma d. d. XX. Jul. MDXV. exhibetur a Matth. Dogiele in Codic. regni Polon. diplom. T. I. Bohem. et Austria. n. XX. p. 171.

h) Dogiel c. I. p. 172.



quin successor in imperio ea nominabatur et assumebatur ratione, ut Electoribus Imperii in Regem Romanorum eligendus et cooptandus enixe commendaretur <sup>i)</sup>. Eius destinationis historicorum huius aetatis nullus facit mentionem, praeter Georgium Spalatinum, gravem et accuratum auctorem <sup>k)</sup>. An seria fuerit, ambigitur. Erat enim mos ille Imperatori, ut spe imperii impleret exteros principes, lactaret, atque deciperet. Promiserat ille eadem ratione Henrico VIII. Angliae Regi, se imperio se abdicaturum, et effecturum esse, ut Principes Imperii Electores illum Romanorum regem eligerent <sup>l)</sup>.

#### C A P U T XXXIV.

DE

### PLUMBEIS IMPERATORUM BULLIS.

**I**mperatores Romano-Germanici ad signanda instrumenta aureis, argenteis, cereis utebantur bullis; plumbeas rarius adhibebant, Pontificibus magis usitatas.

<sup>i)</sup> Dogiel c. I. p. 172. b.

<sup>k)</sup> Ex Ephemeridibus huius scriptoris manuscriptis ad a. 1515. locum exhibet Struvius in Corp. Histor. German. T. II. Per. X. Sect. 3. §. 44. n. 97. p. 977. Ed. Buderii.

<sup>l)</sup> Litterae Henrici VIII. Angliae Regis ad Margaretham Austriacam d. 12. Jul. 1514. in collectione: Lettres de Louis XII. T. IV. p. 323. Hume Hist. Angl. T. III. Cap. II, *Henr. VIII.* p. 102. *versf. germ.*



tatas <sup>m)</sup>). Exempla producuntur complura, sed ancipitis fidei, et dubia. Accurate et severe illa, quae supersunt, examinavit, et nonnulla sincera et suspicione vacua iudicavit venerabilis quondam Praesul Gottvicensis monasterii in Austria <sup>n)</sup>).

C A P U T XXXV.

DE

RESTAURATO ARCHICAN-  
CELLARIATU BURGUNDIAE  
REGNI.

**R**egnum Burgundicum tam ante, quam post illius ad Imperium Germanicum accessionem peculiaria habuit retinuitque Palatii et augustae domus officia. Archicancellarii dignitate et honore eminebat Viennensis Ecclesiae Praesul, diplomate Friderici I., Henrici VI. et Friderici II. hoc officio et titulo condecoratus <sup>o)</sup>). Isto autem honore Viennensis ecclesia non demum a Friderico I. Imperatore ornata, sed ab antiquissimis regni illius temporibus gavisâ fuit <sup>p)</sup>). Non inficior reges nonnunquam praeter natum hunc et perpetuum Archicancellarium aliis in signandis chartis usos fuisse

<sup>m)</sup> Gatterer Elem. art. dipl. § 332. p. 289. Eckard Elem. art. diplom. S. II. C. III. §. 67. p. 87.

<sup>n)</sup> In Prodomo Chronici Gottvicensis. L. II. p. 212.

<sup>o)</sup> Chronicon Gottvicense. T. I. L. II. C. XIII. p. 379.

<sup>p)</sup> Chronicon Gottvicense. T. I. L. II. C. XIII. p. 379.



se capellae antistitibus <sup>7)</sup>). Sed privilegio Viennensis Ecclesiae ea re non derogatum fuit, sed novum robur et firmamentum accessit per diploma Friderici I. Imperatoris a. MCLVII. indultum, quo regni Burgundici Archicancellariatus sollemniter fuit restauratus <sup>7)</sup>), isque ab ecclesiae Viennensis praesulibus ad Friderici II. usque tempora continue exercitus est. Quo tempore hic titulus translatus fuerit ad Trevirensis ecclesiam, et occupatus ab illius Praesulibus, non satis liquet. Ad Rudolphi I. tempora huius dignitatis et tituli initia referenda esse videntur <sup>7)</sup>).

## C A P U T XXXVI.

DE

### RATIONARIO IMPERII.

**Q**ui rempublicam recte gerere cupit, is rerum infinitarum exactam sibi cognitionem comparare, eamque semper paratam promptamque habere debet. Ut praestabilem scientiam in foederibus, pactionibus, conditionibus populorum, regum, exterarumque nationum, in omni belli iure et pacis, laudatam eleganter in Pompeio a Cicerone, praeteream; civitatis rector accurata instructus esse debet notitia, quae sint reipu-

q) *Traité nouveau de Diplomatie. T. V. Partie III. Sect. III. Ch. VII. Art. II. p. 55.*

r) *Chronicon Gottvicense. c. I. p. 379.*

s) *Io. Nic. de Hontheim Hist. Trevir. diplom. T. I. Dissert. ad Saeculum XIII. §. 2. p. 633.*



reipublicae opes et vectigalia, qui civium hominumque numerus, quae deminutionis causae, quae augendae multitudinis ratio, quantum civium, sociorumque in armis, quot classes, regna, provinciae, tributa, largitiones; quae commerciorum et mercaturae, artium et opificiorum conditio, quis agriculturae status, quae annonae copia \*).

Sublevant et compendio sunt egregio tabulae, in quas iusta dispositione omnia haec pernoscendae reipublicae momenta et capita referuntur. Talem libellum seu indicem composuit suos in usus Augustus imperator. Suetonius illum *imperii rationarium* seu *breviarium* vocat \*). In hoc rationario continebatur et conscriptum erat, quae vectigalia, quae legiones militesque sub signis essent, quae et quantae classes, et ubi, quantum pecuniae in aerario, in fiscis, in vectigalium residuis \*).

Cave confundas cum hoc imperii rationario instrumentum illud vetus et pulcrum imperii, quo continebantur paene ab exordio urbis Senatusconsulta, plebiscita de societate, foedera, privilegia cuicumque concessa, et cuius restitutionem suscepit Vespasianus \*).

F 2


CAPUT

\*) M. T. Cicero: Orat. pro Balbo C. VI.

\*\*) Suetonius August. Octav. C. XXVIII. CI.

\*) C. Tacitus L. I. annal. C. XI. C. Suetonius Tr. Octavius C. 28. 101.

\*) Suetonius Vespas. C. 8.



CAPUT XXXVII.  
DE  
AUGURIO ET VATICINIO  
POLITICO.

Vaticinatores, numine se plenos esse mentientes, et futuros rerum eventus decipiendae et turbandae multitudinis causa praedicentes e republica proscribendos esse et eliminandos, quies et otium societatis dicitur<sup>2)</sup>. De vatibus huius generis non loquor. Est alia eaque nobilior ratio civilis vaticinii, quae mentis sagacitate, et accurata rerum praesentium contemplatione, et similitudine eventuum, inprimis ingenii humani studio et cognitione nititur. Qui enim animi humani indolem exploratam habet et perspectam, qui causas auctorum et lapsorum imperiorum perquisivit, qui vitia et defectus formae et administrationis rerum-publicarum detexit, qui ingenia regum et principum perscrutatus est, qui praeterita et ea, quae alibi et alio evenerunt tempore, cum praesentibus futurisque acute conferre didicit, is sagaciter praevidebit, praefagietque, quae immineant, quos casus, quas rerum conversiones opperiri debeamus et praestolari. Haec civilis experientia et sagacitas imminentes et futuros rerumpublicarum casus eventusque non ex  
osci-


2) Iul. Pauli Sentent. receptar. L. V. T. 21. §. 1. in  
Ant. Schultingii Iurispr. vet. anteiustinian. p. 501.



oscinum cantu, non ex alitum volatu, non ex tripudiis solistimis, non ex terrae motu, et fulminibus, non ex aliis ominibus atque prodigiis auguratur et conicit, sed alia docet signa certiora, et minus erroris habentia ac obscuritatis <sup>a)</sup>). Haec est illa divinationo civilis, quae a temporum civilium natura et ratione ducitur, et cuius praeclara in rerum gestarum monumentis exstant exempla. Illustrius eiusmodi divinationis praesagiique specimen memoria non supeditat, quam praedictionem conversionis et mutationis in forma regni Suecici, quam deprehendimus in priori Editione libri eximii Francisci: *de coloniis et commerciis Europaeorum in utraque India*. Sagacissimus enim huius libri auctor tam accurate hanc praevидit et auguratus est conversionem, ut illam effinxisset, illiusque consilium concepisset videretur <sup>b)</sup>).

a) M. Tull. Cicero Epist. ad famil. L. VI. Epist. VI. quae eximie divinationis civilis rationem exponit.

b) Histoire philos. et polit. des Etablissements des Européens dans les deux Indes. T. II. L. V. Ch. 28. 30. Edit. I. L. XIX. Ch. XXXV.



## CAPUT XXXVIII.

DE

**VITIIS ET VIRTUTIBUS NATI-  
ONUM, AD ULPIANUM L. XXXI. §. 21.  
D. DE AEDIL. EDICTO.**

**U**lpianus *ad Edictum aedilium curulium* L. I. unde deprompta est L. 31. §. 21. *de aedilitio edicto* ait <sup>c)</sup>:


„Qui mancipia vendunt, nationem cuiusque  
„pronunciare in venditione debent; plerumque  
„enim natio servi aut provocat, aut deterret em-  
„torem: ideo interest nostra, scire nationem;  
„praesumptum enim est, quosdam servos bonos  
„esse, quia natione sunt non infamata; quosdam  
„malos videri, quia ea natione sunt, quae magis  
„infamis est. Quod si de natione ita pronuncia-  
„tum non erit, iudicium emptori, omnibusque,  
„ad quos ea res pertinebit, dabitur, per quod  
„emptor redhibet mancipium.

Est nimirum cuivis nationi indoles insita et con-  
genita peculiaris, singulare ingenium; sunt cuivis  
nationi peculiare animi et corporis dotes, propriae  
virtutes, propriaeque vitia. Tam civitatum, quam sin-  
gulorum hominum mores sunt peculiare; gentes aliae  
ira-

<sup>c)</sup> Sunt haec eadem fere verba aedilitii Edicti. V. Banchini Edict. perp. restit. L. XXI. in Meermannii Thef. iur. civ. et can. T. III. p. 249.







purus et tenuis, quam illorum, qui utantur crasso caelo, et concreto. Quinetiam cibo, quo utare, interesse aliquid ad mentis aciem putant *f*).

Nimum vero ea in re caeli clementiae ac asperitati tribui, observarunt dudum sagaciores. Modum in extendendo climatis, caeli, regionis, aëris influxu ac effectu inprimis excessit Auctor libri Francici: *de causis legum*. Is enim omne animorum, corporis, ingeniorum, morum, vitiorum, virtutum, legum, institutorum discrimen ex climate derivat, caeloque, quo mortales utuntur, imputat *g*). Educationi, institutioni, disciplinae, religioni, reipublicae constitutioni, administrationi plus ea in re, quam caelo et aëri tribui debere et imputari, alius Franco-Gallus acutior, Helvetius evidenter demonstravit *h*).

Quaecunque vero sit huius insignis inter gentes et nationes differentiae causa et scaturigo, certe insignis illa et permagna est, et emtoris mancipii maximi interest, scire nationem, quae si bonae famae est, illum invitare ad emendum et provocare, si vero infamis, illum deterrere potest. Ulpianus verbo: *infamis* utitur sensu illo, quo Livius Alpes frigoribus  
in-

*f*) M. T. Cicero L. II. de natura Deorum, C. 10.

*g*) de Montesquieu: *Esprit des loix*. L. XIV. tot.

*h*) De l'Esprit. T. I. Disc. II. Ch. XIII. XVIII. XX. XXII. T. II. Disc. III. Ch. XVIII. sq. Ch. XXX.



infames appellat <sup>i</sup>). Natio infamis igitur et infamata heic designat gentem vitiiis inclytam et celebrem, aut labis et vitii suspectam <sup>k</sup>). Cum igitur omnia vitia mancipiorum, omnesque morbos venditor palam pronunciare teneretur, nisi vitia essent manifesta, et in oculos incurrerent; non licebat illi celare et reticere infamem servi venalis nationem. Si illam palam pronunciare omiserit, emtor mancipium redhibebat <sup>l</sup>).

C A P U T XXXIX.

DE

TACITIS INDUCIIS.

**F**eriae castrenses, et intermissio hostilium tacito consensu inducias facere videntur Livio et Iustino <sup>m</sup>). Sed inducias illi non intelligunt veras, certas, tempore finitas, sed otium tantummodo castrense, quod sibi hostes tacite indulgent. Induciae non sola hostilium intermissione et abstinentia, sed diserta pactione

F 5


nitun-

<sup>i</sup>) Livius L. XXI. C. XXXI. Idem annum pestilentia infamem vocat L. VIII. C. 13. Gesnerus Thes. L. Rom. T. II. voc. infamis. C. 1089.

<sup>k</sup>) Rad. Fornerius Rerum quotid. L. V. C. XI. in Ottonis Thesaur. iur. civ. T. II. p. 264.

<sup>l</sup>) Noodt Comm. ad Digesta. L. XXI. T. I. p. 454.

<sup>m</sup>) Livius L. XXIII. C. 46. Iustinus L. VI. C. 7. 8. Aug. Wilh. Ernesti, *magno avunculo dignissimus vir*, in Glossario eximio Liviano, p. v. *induciae*.



nituntur. Sunt quippe induciae, ut Paulus ait <sup>n)</sup>, cum in breve et in praefens tempus convenit, ne hostes invicem se laceffant. Quamvis igitur uterque exercitus sponte, vel necessitate adactus hostilia intermittat, actusque bellicos sistat: non possunt tamen tales seriae, et otium eiusmodi pro induciis haberi. Deest quippe conventio et temporis, quo finiuntur et expirant, determinatio <sup>o)</sup>.

## CAPUT XL.

DE

## LEGE ATILIA.

**S**i parentes praepropero fato sublato liberorum educationi non prospexerunt, dato tutore; si nec ex familia et gente adsit, cui lex tutelam deferat, tunc cura salutis civium principi et reipublicae rectori ac magistratibus incumbens efflagitat, ut hoc munus deferant idoneo honestoque civi, eumque parentibus, quibus pupilli orbatu sunt, sufficiant in educationis officio et surrogent <sup>p)</sup>. Graeciae inclytus legislator, Solon orphanorum curam magistratibus severe iniunxit et inculcavit, eiusque pro salute et securitate pupillorum

<sup>n)</sup> L. 19. §. 1. D. de iure postlim. et captiv. &c.

<sup>o)</sup> Grotius de iure belli ac pacis L. III. C. 21. §. 1. 3. &c.

<sup>p)</sup> Io: Gottl. Heineccii Exercit. de suprema principum et magistr. tutela §. I. II. T. II. Oper. omn. p. 715. sq.




pillorum studium eo se porrexit, ut agnatos, hereditatis obnoxios illecebris, tutela arceret et prohiberet, ac eos optari iuberet tutores, quos nullum commodum, nulla spes succedendi ad infidias invitare et excitare posset <sup>r</sup>).

Romani tutelam ut rem privati prorsus arbitrii, et partem ac sequelam patrimonii, hereditatis, successioneis contemplati, de illa ordinanda deferendaque, si pater moriens de illa non statuerit dixeritque legem, parum et serius solliciti erant. Prima deditur a magistratu pupillis tutore lex lata est, nisi videtur, a L. Atilio Regulo Tribuno plebis a. u. c. 443, cuius Livius meminit <sup>r</sup>), et qui certe illius auctor erat. Referri solet ad annum 443, quamvis aetas eius incerta sit et obscura. E Livio discimus et coniecimus, eam anno 566. esse priorem et antiquiorem, siquidem iam eo tempore Hispala Fecennia libertina, post patroni mortem, quia in nullius erat manu, tutorem a tribunis et praetore petebat <sup>r</sup>). Ea lege cautum erat, et sancitum, ut pupillis et feminis, quibus nec testamentarius, nec legitimus tutor esset, tutor daretur a praetore, et maiore parte tribunorum

1. g) Samuel Petitus in Comm. ad leges Atticas. L. VI. T. VII. *Iur. Rom. et Attic. Tom. I. p. 591. sq.*

1. r) Livius L. IX. C. 30.

s) Livius L. XXXIX. C. 9. Histor.



rum plebis. Sed pertinebat lex tantum ad urbem, uti plures aliae leges †).

## CAPUT XLI.

DE

### LEGE PORCIA, SEU DE EXILIO SPONTANEO.

**C**ivi Romano, capitis damnato, lege Porcia permiffum, ultroneo exilio declinare et avertere supplicium, poenamque omnem feverius irrogatam. Iftius legis tecte et breviter Livius et Cicero, amplius et clarius Crifpus Salluftius mentionem iniiciunt. Auctorem legis perhibent divinantque interpretes efte M. Porcium Laecam †). De aetate non conftat. Livius ait, eam pro tergo civium latam efte; Cicero per illam, dicit, civium libertatem lictori efte ereptam †). Porcia lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit; Porcia lex civium libertatem lictori eripuit, Porcia lex civibus exilii optionem permiffit. Exilium igitur non erat poena et supplicium, fed perfugium, portusque supplicii. Nam qui

†) Ulpianus Fragm. Tom. XI. §. IV. ibique Ant. Schulting in Jurispr. vet. anteiuftin. p. 600.

‡) Colerus ad Cap. L. Cr. Salluftii Bell. Catilin. T. I. Edit. Havercampi. p. 386.

\*) Livius L. X. Hift. C. 9. M. T. Cicero Orat. pro C. Rabirio Cap. 4.



qui volebant poenam suppliciumque subterfugere, solum vertunt, hoc est, sedem locumque mutant. Maleficia non multabantur exilio, sed homines capitibus damnati vel alia multati poena, si vincula, necem, ignominiam, poenasque legibus constitutas vitare velent, ad exilium, tanquam aram confugebant y).

Lex Porcia vetabat animam civibus eripi condemnatis, illisque exilium permittebat, ceu Iulius Caesar ait apud Sallustium z). Evitabant ergo cives supplicium et poenas spontanei optione exilii, hocque, si voluntarium esset, non poenae rationem et indolem habebat, verum modus erat poenae subterfugiendae a).

## CAPUT XLII.

DE


### SERVIS NON ORDINANDIS.

Servos sacris initiari ordinibus, seu in sacerdotum cooptari ordinem ecclesiae vetant scita atque decreta, sapiente et probabili causa, tum quod in illius et sacri ordinis dedecus et probum vergeret, mancipia  
eius

y) M. T. Cicero pro A. Caecina. Cap. 34.

z) C. Crisp. Sallustius Cap. L. LII. Belli Catilin. Tom. I. Edit. Havercampi p. 395. Cap. L. p. 386.

a) Ernesti, viri summe venerabilis, Clav. Cic. voc. L. Porcia, in ind. leg. Antonius Lib. de Exilio, L. I. Cap. VII. §. 1-4. in Ger. Meermannii *Thesaurus iur. Rom. et Can.* Tom. III. p. 22. sq.



eius voveri ministerio, et sacerdotio decorari, tum etiam ne dominis servi ordinum collatione subtrahantur, neve cum dominis servos, sacerdotio ipsis subductos vindicantibus contentiones ecclesiae et lites concitarentur <sup>b)</sup>.

Civilibus iam antea sanctionibus interdictum erat, servos clericorum sociari consortiis, etiam adnventibus dominis, cum hi, si connivere velint, servis libertate data ad suscipiendos et adipiscendos ecclesiae honores iter aperire possint <sup>c)</sup>. Iustinianus servorum permisit sua constitutione ordinationem, et illi, si sciente et non contradicente domino in clero ordinatus fuerit servus, libertatis et manumissionis efficaciam impertitur, servo ita ordinato pro libero et ingenuo declarato. Quo minus vero dominus suo fraudetur iure, servo illo infcio in cleri consortium adscito, imperator ipsi permittit, vel probare intra anni spatium servi facinus et fortunam, vel servum recipere et vindicare <sup>d)</sup>.

Con-

<sup>b)</sup> Ian. a Costa Summ. et comment. ad Decretales. L. I. T. 18. p. 115. Ant. Dadin. Alfeserra: Innocent. III. seu Comm. ad Decr. Inn. III. L. I. T. 18. p. 145.

<sup>c)</sup> L. 37. §. 1. C. de episcop. et cler.

<sup>d)</sup> Novella CXXIII. Cap. 17. et ex hac constitutione decrepta Authentica *Si Servus*. C. de Episc. et cler.




Conciliorum sanctiones ea in re non omnino cum principum constitutionibus conspirant. In Concilio Aurelianensi V. a. **DXLIX.** celebrato, eiusque Canone VI. sancitur: servum non nisi manumissum a domino ordinandum esse; consensum domini absque libertatis datione non sufficere; dominum posse servum a se libertate non donatum ex clericorum consortio revocare *e*). Concilium Nicaenum Canone arabisco 2. praecipit, ut servi crudeliter habiti, vel inviti castrati et circumcisi a dominis a sacris Christianorum alienis, si mores probaverint bonos, ad sacerdotium admittantur post adeptam a servitute libertatem et manumissionem, quod ego ita interpreto, ut servum ita tractatum, sacerdotio initiatum ipsa ordinatione libertatem consequi existimem *f*). Concilium Triburiense, Imperatore Arnulpho a. **DCCCXCV** habitum, Canone 29 dicitur, servum non nisi libertate donatum sacro condecorandum esse ordine, quoniam non decet, vilem personam fungi sacerdotii dignitate *g*). Ex Synodorum decretis pares et similes sanctiones migrarunt et manaverunt in Capitularia Regum Francorum. Ita in Capitulari I. Caroli M. Aquisgranensi a. **DCCCLXXXIX.** Capit. 56. sancitum est, nullum servum

*e*) Nicol. Coleti Collect. Concil. maxima. Tom. V. col. 1378.

*f*) Nic. Coleti Collect. Concil. max. T. II. col. 327.

*g*) Nic. Coleti Concil. collect. Tom. XI. Col. 644.



servum absque domini consensu ab episcopo deberi ordinari <sup>b)</sup>). In Ludovici Pii Imperatoris Capitulari L. Aquisgranensi Tit. VI. cavetur, ne servus ordinetur nisi manumissus a domino; si vero servus clam et fraude inscio domino sacros furatus sit et furrpauerit ordines, ut illis exuatur, et domino restituatur <sup>i)</sup>).

Depromti ex his Conciliorum decretis Canones, quos Distinctio Gratiani LIV. complectitur, servorum ordinationem absque dominorum consensu et manumissione prohibentes, e. g. C. 1. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Dist. LIV. Observamus modo, Canonem VI. non ceu inscriptio falsa innuit, ex Toletano concilio, sed ex Capitularibus Regum Francorum L. 1. C. 82. a. 816. desumptam esse <sup>k)</sup>). Capitulare vero istud manavit ex Concilio Triburiensi a. 895. habito, eiusque decreto 29 <sup>l)</sup>).

His praemissis interpretationi decretalium sanctionum de servorum ordinatione statuentium accingimur.

Capi-

<sup>b)</sup> Steph. Baluzii Capitul. Reg. Franc. T. I. C. 232. Nicol. Coleti Collect. Concil. Tom. IX. p. 252.

<sup>i)</sup> Nicol. Coleti Collect. Concil. Tom. IX. col. 570. Steph. Baluzius T. I. Capitul. Reg. Franc. col. 564.

<sup>k)</sup> Sunt enim eadem verba apud Steph. Baluzium T. I. Capit. Reg. Franc. p. 564. Cap. VI.

<sup>l)</sup> Nic. Coleti Coll. Concil. max. Tom. XI. col. 644. de reliquis Conciliis Triburiensibus Canones nulli existant. Col. 1256. 1281. Ian. a Costa Summ. et Comm. ad decretal. L. I. T. 18. p. 116.




Capitulum 1. X. de *servis non ordinandis* Raymondus compilator depromsit ex Concilio Toletano IV: a. 633. habito, eiusque Canone LXXIII <sup>m</sup>). Inguenitatem servo ordinando impertitam exigit haec sanctio. Non quaelibet igitur manumissionis species sufficit, sed ea requiritur, quam Constantinus Magnus introduxit, in S. Ecclesiis peragendam, et civitatis et plenae libertatis iura impertientem <sup>n</sup>).

Capitulum 2. X. de *servis non ordinandis* integrum habemus in Capitularibus regum Francorum, Capitulari nimirum Aquisgranensi Ludovici Pii de a. 816. C. 6. <sup>o</sup>), quod manavit ex Concilii Triburienfis a. 895. celebrati Canone XXIX. <sup>p</sup>). Eo canone cautum, ut nullus servus, nisi impetrata a domino libertate, ordinetur, utque servus, furtim et fraude ordinationem adeptus, ea iterum ademta ad herum reducat. Eadem prorsus sanctio, iisdemque verbis repetitur in Concilio Lateranensi III. a. 1179. habito, P. 50. Can. seu Capite 56. <sup>q</sup>).

Capitu-

- <sup>m</sup>) Nic. Coleti Collect. Concil. Tom. VI. col. 1468.
- <sup>n</sup>) L. 1. 2. C. Theod. de *manumission. in Ecclesia*. Iac. Gothofredus ad h. leges Tom. I. Commentarii p. 397. sq. Ed. Ritteri. Ian. a Costa Summ. et Comment. ad Decretal. L. I. T. 18. p. 116.
- <sup>o</sup>) Steph. Baluzius Cap. reg. Francor. T. I. p. 564.
- <sup>p</sup>) Nic. Coleti Coll. Concil. max. T. XI. col. 644.
- <sup>q</sup>) Nic. Coleti Coll. Concil. max. T. XIII. col. 633;



Capitulum 4. X. *de servis non ordinandis* hanc habet inscriptionem, foede depravatam:

„Ex Concilio apud Alichî a. 917. in Germania.,  
 Concilium Altheimense indigitari, et codices nonnulli evincunt, et observatum iam est ab interpretibus <sup>r)</sup>. Habitum illud Althemii in Rhaetia a. 916. Conrado I. Imperatore, et ex illius Canone XXVIII. Raymundus hoc capitulum depromsit <sup>r)</sup>. Sententia decreti haec est: Evenit, ut aliquis ex suis servis aliquem litteras edocendum, et sacerdotio admoventium curet, eique victum et amictum praebeat ea lege, ut ipsi obsequii et operarum loco missam et horas canonicas cantumque praestet. Contingit vero nonnunquam, ut talis servus, indultu et commendatione domini sacerdotio admotus operas spirituales, superbia elatus, detrectet, obtendens, sibi sacerdotio libertatem esse datam. Talem sacerdotem Synodus anathemate plectit, et sacrorum communione arcet, donec ad saniozem redierit mentem, dominoque obsequia praestet. Si pervacaciter illa de-

<sup>r)</sup> Ian. a Costa Summ. et Comm. ad decretales L. I. Tom. 18. C. 4. p. 116, qui vero in nomine errare videtur. I. H. Boehmer *ὁ μακροίτης* ad Quaest. 1. C. 18. Decreti, et ad C. 3. C. 31. Quaest. 1. Tom. 1. Corp. iur. can. p. 108. 953. Nic. Coleti Tom. XI. Concil. c. 793.

<sup>s)</sup> Nicol. Coleti Collect. Concil. T. XI. col. 793. 794.



detrectare perseveret, tunc eum Synodus sacerdotio abrogato degradari iubet, et ad dominum reduci \*).

Capitulum hoc igitur explicandum est ex more et consuetudine medii aevi, servos sacerdotio ea conditione addicendi, ut dominis operas spirituales praestarent, in illorum facellis ac larariis, capellis dictis, missae sacrificium perficerent, horas canonicas observarent, cantarent, orarent \*\*).

Capitulum 6. X. *de serv. non ordinandis* ex eadem consuetudine lucem consequitur. Species in decretali Innocentii III. epistola proposita haec est: Parentes, ecclesiae servili nexu obstricti, filios dominica et herili conniventia militiae clericali mancipaverant. Libertas illis data hac lege erat, ut servirent in eadem ecclesia. Hi postea ad aliam transvolare gestiebant ecclesiam. Sed Pontifex id ipsis licere negat, si ea lege, ut divina praestent ecclesiae officia, ab illa manumissi sint: secus si libertas illis data fuerit sine hoc onere \*).

An patronus eiusmodi sacerdotis, ipsi servili nexu quondam obstricti, sed ante initiationem ac ordinationem libertate donati hereditatem sibi vindicare queat, media aetate saepius disceptatum. Concilium

G 2

Tri-

\*) Ian. a Costa c. I. p. 116.

u) Ianus a Costa ibid.

x) Ant. Dad. Altesferra: Innoc. III. seu Comm. ad decretal. Innoc. III. Epistolas. L. I. T. 18. Cap. 6. p. 145.



Triburiense, ex quo desumptum est *C. 2. X. de success. ab intest. 2)*, reprobatur hanc patronorum aviditatem et avaritiam, illosque divinis eiusmodi sacerdotibus, ab illis libertate donati, officiis contentos esse, et ab illorum peculio et exuviis sese abstinere iubet.

C A P U T XLIII.

QUID SIT ΑΙΡΕΣΙΣ IN GRAECIS  
LIBRIS IURIS CIVILIS.

**M**ale nonnulli interpretantur vocem *αἴρεσις* frequenter in Graecorum libris iuris civilis obviam. Significat illa conditionem adiectam negotio, legemque a testatore ac paciscentibus dictam <sup>2)</sup>. Ita apud Theophilum dominus servum vendere debere dicitur *καλῆ αἴρεσει*, bona conditione, vetaturque venditioni adiacere *αἴρεσει βαρῆσαι* <sup>3)</sup>. Ita servus proprius, sub conditione, si liber erit, inutiliter tutor datus dicitur

3) Hic Canon non extat inter Concilii Triburiensis a. 895. sub Arnulpho habiti decreta. Recte ergo conicit Gonzalez Tellez, accuratus et perspicax constitutionum pontificiarum interpres, ex vetustiori, deperdito Concilio Triburiensi depromptum esse hoc capitulum; in *Comm. ad Decr. L. III. T. 27. C. 2. p. 483. Tom. 3.*

2) Guill. Ott. Reizii Glossarium Theophilinum, v. *αἴρεσις*, T. II. Edit. Paraphr. Theophilinae p. 1248.

1) Theophilus: Paraphr. Instit. Graec. L. I. T. VIII. §. 142. Edit. Reizii Tom. I. p. 82.



dicitur, *διδόμενος ὀμέτης ἐπίτροπος ὑπὸ τοιαύτην αἰρεσιν* <sup>b)</sup>). Porro *ἡ αἰρεσις ἢ ἡμέρα ἤρηται*, conditio vel dies pendet <sup>c)</sup>), *αἰρεσις ἐξέρχεται*, conditio venit <sup>d)</sup>).

Ita Herennius Modestinus in Libro II. de excusationibus graece scripto, dicit *ἡ αἰρεσις ἢ τῆ διαθήκῃ προσγραφείσα πεπλήρωται*, quod recte in L. 2. D. de Excusationibus ab interprete Antonio Augustino vertitur: *Conditio testamento adscripta impleta est* <sup>e)</sup>).

Idem Modestinus L. I. de excus. seu L. 21. D. de tut. et cur. datis habet graece:

*ἐὰν μήτηρ ἐπὶ ταύτῃ τῇ αἰρέσει γραφῆ ὑπὲς κληρονόμους.*

Etiam haec dictio ab interprete recte versa:

„Si mater sub hac conditione filios scripserit heredes <sup>f)</sup>).

Quamvis vero Antonius Augustinus in Modestini interpretatione et versione universim *vocem*

G 3

*αἰρεσις*

b) Theophilus L. I. Tom. 14. n. 266. Tom. I. Edit. Reizii p. 145.

c) Theophilus L. 1. T. 20. §. 1. n. 301. Edit. Reizii p. 165.

d) Theophilus L. 1. Tom. 20. §. 1. n. 301. p. 166. Edit. Reizianae Tom. 1.

e) Anton. Augustinus ad Modestinum de Excusationibus Lib. in Ever. Ottonis thesauro iuris civil. T. IV. p. 1567.

f) Ant. Augustinus ad Modestinum: de Excus. L. II. in Ottonis Thesauro iuris civil. T. IV. p. 1561.



*Augeris* recte per *conditionem* exprimat: lapsus tamen et humani quid passus est in explicanda L. 6. §. 2. D. de *Excusat.* Legitur vulgo:

„Est autem et numerus Rhetorum in unaqua-  
 „que civitate, qui vacationem munerum habent,  
 „et *haereses* quaedam lege propositae etc. Graece  
 „*καὶ αἰρέσεις.*„

Plebs interpretum has haereses per *divisiones civitatum* explicat, eamque segniter et oscitanter sequitur Augustinus *g*); ad L. 7. §. 2. Modestini de *Excus.* Tam male multi intelligunt et explicant graecos iuris nostri libros, et tam perverse etiam haec vox *Augeris* vulgata et obvia ubivis verti solet et intelligi *b*).

## C A P U T XLIV.

DE

### ARBITRIS AB IMPERATORE SUMTIS.

**I**mperatorem, nisi ipsum ceu dominum ditionum in Germania suarum confideres, nullius potestati iudicialiae submissum esse, constat. Sed arbitros nonnunquam imperatores ex compromisso sumsisse ad dirimendas lites et controversias cum imperii proceribus ipsis obor-

*g*) Ever. Ottonis Thef. iur. civ. Tom. IV. col. 1572.

*b*) Jac. Cuiacius L. VI. Observ. VI. p. 164. Edit. Hal. Guill. Ott. Reizius V. Cl. in Glossar. Theophil. p. 1248. Tom. II. Edit. Theoph.



obortas, exempla prostant. Ita Rupertus Imperator et Bernhardus Marchio Badensis Archiepiscopum Coloniensem Fridericum arbitrum elegerunt a. 1407. ad componendas et decidendas omnes, quae inter ipsos intercedebant lites, plerasque, ut videtur, ad hereditarias imperatoris ditiones pertinentes <sup>i</sup>).

CAPUT XLV.

DE


DIGNITATE MARCHIONIS PERSONALI CUM ALLODIIS GENTILITIS COMMUNICATA.

Serenissima gens Badensis a ducibus Germaniae antiquis Zaringensibus sanguinem et originem ducens dignitatem et nomen marchionum ab eo assumpsit tempore, quo Hermannus secundus Bertoldi Ducis Carinthiae et Marchionis Veronae filius hunc titulum ideo adscivit, quod ducis nomen filio maiori cesserat. Marchionis nomen igitur usurpatum semper et antea longe, quam ditiones hodiernae Badenses ad hanc gentem antiquitus illustrem pervenerint <sup>k</sup>). Contigit hoc per matrimonium Hermanni I. cum Iuditha illustris profapiae in his oris femina, quae ipsi hos tractus

G 4

<sup>i</sup>) Schoepflini Cod. diplom. hist. Badensis Tom. 6. n. 332.

<sup>k</sup>) Schoepflini Hist. dipl. Badensis T. 1. L. 3. §. 7. p. 276. fq.



tractus in dotem attulit. Ab hoc inde tempore Marchionis nomen his obvenit ditionibus, translata possessorum dignitate gentilitia ad istas ditiones, et communicato cum illis nomine personali. Errant igitur, qui hisce terrarum tractibus hoc nomen ab imperatoribus impertitum, eosque in principatum limitaneum olim erectos esse comminiscuntur <sup>1)</sup>.

## CAPUT XLVI.

DE

### IURE MUNICIPII OLIM AB IMPERATORE IMPETRANDO.

**M**edia aetate, cum potestas procerum in suis ditionibus adhuc tenuis, exigua, adstricta esset, ius municipii et civitatis ac urbis impertiebatur ab imperatoribus <sup>m)</sup>. Ita Rudolphus Imperator a. 1291. oppidum Meyene in Trevirensis ecclesiae ditione municipii et urbis iuribus donat <sup>n)</sup>. Henricus V. Imperator urbi, Friburgo in Brisgovia, conditae a Ducibus quondam Zaringensibus municipii iura a.

1120.

- <sup>1)</sup> Schoepflin Hist. Zaringo-Bad. dipl. T. I. L. III. §. VIII. sq. C. I. p. 276. L. III. §. 4. C. II. p. 285.  
<sup>m)</sup> Io. Dan. Schoepflin Hist. Zaringo-Badenfis T. I. L. II. Cap. III. §. V. p. 93. nec non Io. Nicol. de Hontheim Hist. Trevir. diplom. Tom. I. Not. ad dipl. 568. p. 823.  
<sup>n)</sup> de Hontheim Hist. dipl. Trevirensis Tom. I. Dipl. 568. p. 823.



1120. largitus est <sup>o</sup>). Aucta ferioribus incrementis principum auctoritate, et in ditionibus suis potestate impertiendi municipii iuris arbitrium penes ipsos esse coepit.

C A P U T XLVII.

DE

ARCHIEPISCOPO MOGUNTINO,  
PRIMO POST PONTIFICEM MAXIMUM  
ECCLESIAE CATHOLICAE  
PRAESULE.

**P**rimum post Pontificem maximum in ecclesia sacris Romanis addicta locum Moguntino Praefuli iam a Benedicto VII. P. M. cum iure praecedendi omnes Germaniae Galliaeque archiepiscopos et episcopos tributum assignatumque esse, illius Epistola de a. 975. evincit <sup>p</sup>).

Innocentius III. P. M. R. in Epistola ad moguntinum antistitem data ita illum alloquitur: Frequenter tibi proposuimus viva voce, non esse, qui post Romanum Pontificem vel in ecclesia Romana, vel in Imperio Romano tantum locum obtineat, quantum obtines in utroque <sup>q</sup>).

G 5

CAPUT

<sup>o</sup>) Schoepflin Hist. Zar. Bad. T. I. L. II. C. III. §. 3. p. 90. 91.

<sup>p</sup>) Val. Ferd. de Gudenus: in Codice dipl. Tom. I. Saec. X. n. VI. p. 9.

<sup>q</sup>) Registrum Innoc. III. super negotio Imperii R. Epist. XXII. in Stephani Baluzii Epist. Innoc. III. T. I. p. 696.

## CAPUT XLVIII.

DE

MINORI AETATE REGUM  
FRANCORUM, EORUMQUE  
TUTORIBUS.

**D**e regum primae stirpis Francorum minore aetate atque tutela accurate exposuit Comes de Buat \*). Nos de regibus Carolingicae familiae intra legitimam aetatem administrationi regni admotis loquimur. Ludovicus Pius Imperator in Lege partitionis filiis dicta de a. 817. Capite XVI. haec sancit \*):

„Si vero alicui illorum contigerit, nobis decentibus, ad annos legitimos iuxta Ribuariam legem nondum pervenisse, volumus, ut donec ad praefinitum annorum terminum veniat, quem admodum modo a nobis sic a seniore fratre ipse, et regnum eius procuretur, atque gubernetur.

Provocatur ab Imperatore ad Legem Ripuariam. Sed illa aetatis minoris terminum non definit, et Tit. LXXXI. solummodo sancit, ante annum decimum quintum completum neminem standi personam habere in iudicio †). Annum vicesimum quintum fuisse maioris

\*) In Libro: *Les origines ou l'ancien gouvernement de la France, de l'Allemagne. T. III. L. VIII. Ch. II. p. 3. sq.*

§) Steph. Baluzius in Capit. reg. Franc. T. I. p. 578. eam exhibet.

†) Pet. Georgisch: *Corp. iuris Germ. col. 185.*



maioris aetatis terminum colligit Comes de Buat ex Capitulari III. a. 819. Cap. V. dicti Imperatoris \*). Sed istud capitulare id non continet, verum quaestiones modo et lites de fundis pueri ad annum usque duodecimum differri iubet \*).

C A P U T XLIX.

DE

PRINCIPE IMPERII BENEFICIIS NON  
NISI SENTENTIA PRINCIPUM  
PRIVANDO.

**P**rinces imperii iam ante invecta Longobardorum de feudis scita et instituta beneficiis ob delicta in Imperatorem et patriam admissa, sed nonnisi a concilio et senatu procerum et Parium privari, moris erat. Henricus Leo dux Bavariae et Saxoniae sententia principum a. 1179. suis feudis exutus †). Gunzelinus de Peina Dapifer ob denegationem fidelitatis et obsequii pervicacem sententia principum imperii omnibus, quae ab hoc tenebat, feudis privatus est a. 1254 ‡). Egbertus Marchio ob perfidiam a. 1077. sententia principum feudis excidisse pronunciatus est §). Recentiores Germaniae leges et species profectionum non moror.

CAPUT

1) Comte de Buat: origines ou l'ancien Gouvernement de la France T. 3. L. VIII. Ch. II. §. 2. p. 8.

\*) Steph. Baluzius T. I. Cap. reg. Franc. col. 608.

†) Origines Guelf. T. 3. L. 7. §. 81. p. 100.

‡) Origin. Guelfic. L. VIII. Prob. n. 121. T. 4. p. 249.

§) Origin. Guelfic. T. IV. L. VIII. Opusc. IV. p. 419.

## CAPUT L.

DE

ALIENATIONE FEUDI IMPERII SINE  
CONSENSU IMPERATORIS INVALIDA  
SED IN FELONIAE CRIMEN NON  
INCIDENTE.

**F**eudorum imperii alienatio non vetita et prohibita prorsus, sed absque imperatoris consensu peracta effectum fortiri nequit, quamvis nil criminis habeat, nec poena coërceri alienans queat <sup>b)</sup>.

Ita Sigismundus Imperator alienationes quasdam ab Ottone et Friderico ducibus Brunsvicensibus factas ad querelas agnati irritas pronunciat decreto de a. 1433 <sup>c)</sup>. Germanorum laxior ea in re et mitior est clientelaris disciplina, quae beneficiario disponendi facultatem non penitus adimit, sed limites modo in eius exercitio ponit.

## CAPUT LI.

DE

DIVISIONE FEUDI SINE INDULTU  
DOMINI VALIDA.

**F**eudi divisio domini consensum non exigit, et sine eius indultu permessa, et valida, et innocua est <sup>d)</sup>.

Impe-

<sup>b)</sup> Georg. Lud. Boehmeri *Viri meritis et dignitate illustris* Princip. Iur. feudal. §. 477.

<sup>c)</sup> Origin. Guelf. Tom. IV. Praef. §. 12. n. X. p. 41.

<sup>d)</sup> Auct. vetus de beneficiis C. I. §. 84. in I. B. de Senckenberg Corp. iur. feud. p. 247. Ius Feud. Franc.



Imperatores hanc feuda partiendi libertatem semper agnoverunt, nec ulla ratione illam coercere et circumscribere fategerunt, verum partitiones eiusmodi commodis suis, et auctoritati congruas et proficuas iudicaverunt. Sic Rudolphus I. Imperator omnes sollenni diplomate probat, ratasque esse iubet divisiones, quas filii Ludovici severi, Bavariae ducis, post fata parentis facturi essent \*).

## CAPUT LII.

DE

### FEUDORUM REFUTATIONE IN COMMODA UXORIS.

**G**ermanorum more viduae vasalli ex beneficii redditibus alimenta et vitae subsidia praestanda et suppeditanda sunt, quae vidualitii, *Witthum*, nomine venit *f*). Eveniebat nonnunquam aevo medio, ut dominus feudi uxorem vasalli in casum viduitatis feudo in vidualitium concedendo investiret, quod ut fieri posset, maritus vasallus feudum ea lege resignabat, ac domino refutabat, ut uxor in viduitatis casum

Franc. L. III. C. 12. 25. Cap. L. p. 16. Ius feud.


Bavar. C. 45. c. L. p. 221. Ius feud. Allem. C. 37.

§. 1. 2. c. L. p. 16.

e) Origin. Guelf. Tom. III. Praef. §. XXII. N. r. p. 66. ubi diploma de a. 1281. exhibetur.

f) de Gudenus: Codic. diplom. Tom. III. N. 179.

p. 244.



sum illo investiretur vidualitii nomine, marito, si supervixerit, et agnatis successione in illo salva et diferte reservata.

Ita Gerhardus Burggravius de Landsron feuda, quae ab Imperio tenebat, Alberto Imperatori refutabat, quo uxorem Pazam illis ad dies vitae investiret *g*).

Balthasar Landgravius Thuringiae et Marchio Misniae uxori Margarethae vidualitium constituebat in arce et urbe Gotha, arce Toneberg aliisque feudis ab ecclesia moguntina nexu beneficiario pendentibus, quibus ut uxor a Praesule moguntino vidualitii titulo investiri posset, illa domino redhibebat ac resignabat, quo facto hic uxori ea iterum vidualitii titulo conferbat *b*).

Hermannus de Eynenberg, miles, Praesuli Colonienfi feuda, quae ab illo tenebat, ea conditione resignabat, ut illa uxori vidualitii causa iterum conferret *i*).

#### C A P V T L I I I

D E

### IURISDICTIONE PER ERRO- REM PROROGATA.

**P**ermittitur litigantibus, ut sese iurisdictioni eius subiciant, eumque adeant praetorem, cui citra hanc  
pactio-

*g*) de Gudenus Cod. dipl. Tom. II. p. 992.

*b*) de Gudenus Cod. diplom. Tom. III. p. 559.

*i*) de Gudenus Cod. dipl. Tom. II. p. 1154.



pactionem non subessent. *L. 1. D. de iudic.* Porrigitur ita litigantium conventionem seu extenditur iurisdictio magistratui competens quidem, sed non in litigantes. Hinc prorogari dicitur illa, licet prorogatio non nisi de tempore dicatur, non de terminis dilatandis aut proferendis <sup>k</sup>).

Ad prorogandam vero iurisdictionem sufficit litigantium consensus; consensisse vero videntur non modo si expresse convenerint, sed etiam si sine pactione scientes iudicem adierint, cuius in illos non est iurisdictio, litemque coram illo susceperint. *L. 2. §. 1. D. de iudic. l*). Cum vero consensum perimat et tollat error: prorogata non censetur iurisdictio eius, qui a litigantibus per errorem aditus est, siquidem error iurisdictionem tribuere et impertiri nequit. *L. 2. pr. D. de iudiciis. L. 15. D. de iurisdictione. m*).

Potest vero varie admitti hic error a litigantibus. Vel enim adeunt eum, penes quem plane non est iurisdictio; vel alium pro alio adeunt praetorem, peregrinum pro urbano <sup>n</sup>).

Iaco-

<sup>k</sup>) Noodt *L. de Iurisdictione. L. II. C. 12. Tom. I. Op.* p. 130.

<sup>l</sup>) Schulting: *Enarrat. primae partis Digest. L. II. T. I. §. 13. 14. Noodt Tr. de Iurisdictione. L. II. C. 13.*

<sup>m</sup>) Schulting: *Enarr. prim. part. Digest. L. II. T. I. §. 14. Noodt de Iurisdictione. L. II. C. 14. T. I. Op.* p. 132. *Comm. ad Pand. L. V. T. I. p. 154. T. II.*

<sup>n</sup>) Nic. Catharini *Obs. ad L. 15. D. de Iurisdictione. T. I. Thes. iur. civil. Otton. p. 494.*



Jacobus Cuiacius in mendo cubare putat lectionem vulgarem L. 15. D. de iurisdictione <sup>o</sup>). Ea se ita habet:

„Si per errorem alius pro alio praetor fuerit aditus, nil valebit, quod actum est, nec enim ferendus, qui dicat, consensisse eos in Prae-  
 „fidem,“

Praesidis loco Cuiacius existimat substituendum esse Praetorem, vel quod ipsi magis arridet praesentem. Dixerat Ulpianus, alium pro alio praetore a litigantibus, sed per errorem aditum fuisse. Negat hoc errore prorogatam esse iurisdictionem eius, qui erronee aditus est; negat esse ferendum eum, qui dicat, litigantes consensisse in hunc praetorem erronea opinione electum et aditum. Verum enim vero hoc Ulpiani responsum nulla videtur egere emendatione. Primo enim praetoris nomen generale est, et saepius in iure nostro Praetor et Praeses promiscue usurpantur et confunduntur; vel unus saltim alterius vice fungitur. L. 10. D. de offic. Praesidis. L. 9. II. D. de reb. cor. qui sub tutel. L. 6. §. 6. Quae in fraud. cred. Deinde hic Ulpiani locus explicandus est ex aliis Librorum pro tribunalium, seu de omnibus tribunalibus capitibus, cum quibus ille cohaesit. Defunctum est responsum Ulpiani, de quo sanando vel expli-

<sup>o</sup>) Iac. Cuiacius L. I. Obf. XXXII. Tom. III. op. omn. Edit. Neapol. p. 19.



explicando laboramus, ex Libro 2. pro tribunalium p).  
 Ex L. 8. D. de reb. eorum qui sub tut. decerpta ex  
 eodem Ulpiani Libro colligere licet, iurisconsultum  
 ibi eandem movisse et tractavisse Quaestionem, quam  
 in L. 5. §. 12. D. de rebus illorum, qui sub tut. seu  
 L. 35. de Edicto proposuerat, nimirum an Praetor  
 aditus possit permittere, ut fundus pupilli provincia-  
 lis distrahatur. Species Legis 15. D. de Iurisdic-  
 tione igitur ita constituenda videtur: Pupillus fundos ha-  
 bebat in urbe et in provincia. Tutor datus erat a  
 Praetore, et tutela agebatur in urbe. Cum ob aes  
 alienum fundum distrahi oporteret; ambigebatur,  
 utrum magis expediret, fundum distrahi urbanum,  
 an provincialem. Parentes a tutore sententiam rogati,  
 vocatique in consilium, sed dissidentes, cum illo consenti-  
 ebant in Praesidem Provinciae, qui dissensionem dirime-  
 ret. Sed Praesidis ea super re non erat iurisdic-  
 tio, verum Praetoris. L. 5. §. 12. 14. D. de reb. eorum, qui sub  
 tut. Erronea igitur erat Praesidis aditio, cum tutela  
 Romae acta esset, et haec erronea aditio nil valere  
 poterat, quoniam error obstabat, quo minus in Prae-  
 sidem consensum esset. Ita lectionem tuetur sospi-  
 tatque sine correctione Iacobus Constantinaeus, per-  
 spicax iuris nostri interpret q). Adstipulatur illi  
 interpret aeque sagax Hispanus Antonius Quintana-  
 duegna r).

Se-

- p) Abrah. Wieling: Iurispr. Rom. resit. p. 316. Hom-  
 melii *Viri ill.* Palingenesia libr. iur. vet. T. III. p. 590.  
 q) *Subtilium enodationum.* L. II. Cap. XIX. in Everh.  
 Ottonis Thes. iur. civil. T. IV. p. 590. 591.  
 r) *de iurisdic. et imperio.* L. II. T. VI. in Ger. Meer-  
 manni Thes. iur. civilis Tom. II. p. 296. 297.

H



Sequior adhuc et peior est coniectura et divinationo Nicolai Catharini, qui loco: *in praesidem*, reponendum autumat esse: *in eundem* s). Supervacanei sunt interpretum et criticorum conatus, sanandi locum Ulpiani, qui integer est et sine mendo.

CAPUT LIV.

QUOD QUISQUE IURIS IN ALTERUM STATUERIT, UT IPSE EODEM IURE UTATUR.

**P**raetorum improborum, contra ius fasque edicentium ac decernentium ambitioni, iniquitati, licentiae, oppositum iam libera republica fuisse putatur Edictum, cuius reliquias continet Digestorum Titulus: *Quod quisque iuris in alterum statuerit, ut ipse eodem iure utatur*. Evincere solent et colligere illud ex M. Tullii Ciceronis ad fratrem epistola, ubi commemorat et laudibus effert edictum Cn. Octavii, eiusque institutum aequitatis plenum, quo Sullanis hominibus, qui in magistratibus iniuriose decreverant, eodem ipsis privatis iure utendum fuit \*). Verum illud caput omnibus edictis non fuisse commune ac tralaticium, vel inde intelligitur, quod hanc Octavii severitatem tanquam singulare eius institutum praedicat, illudque singularem ad causam, nimirum ad coercendam Sullanorum hominum iniuriam et iniquitatem pertinuisse, refert. Istud igitur

Dige-

s) *Observ. et Coniectur.* L. II. Cap. XLIII. in Ger. Meermannii Thes. iur. civil. Tom. VI. p. 783.

\*) M. T. Cicero ad Quintum fratrem L. I. Ep. I. n. 7. Tom. VIII. Ed. Oliveti. p. 17.



Digestorum caput ex Hadriani potius desumptum videtur Edicto perpetuo<sup>u)</sup>).

Ulpianus Lib. III. ad Ed. seu L. I. §. I. h. t. Edicti formulam ita exhibet:

„Qui magistratum potestatemve habebit, si quid  
 „in aliquem novi iuris statuerit, ipse quandoque  
 „adversario postulante eodem iure uti debet. Si  
 „quis apud eum, qui magistratum potestatemve  
 „habebit, aliquid novi iuris obtinuerit, quando-  
 „que adversario eius postulante, eodem iure post-  
 „ea adversus eum decernetur; scilicet ut quod  
 „ipse in alterius persona aequum esse credidisset,  
 „id in ipsius quoque persona valere patiatur.


Verba Edicti non exhibentur pura ab Ulpiano nec integra, sed mixta illius interpretatione et ratiocinio.

Ita posteriora verba non sunt praetoris et edicti, sed Iurisconsulti, rationem illius reddentis<sup>v)</sup>). Summam aequitatem habet hoc edictum. Iustum enim est, ut sibi quis idem ius dici patiatur, quod quis ipse aliis dixit, vel dici effecit, L. I. pr. D. h. t. v). Tendebat imprimis edictum ad refraenandam et continendam magistratum licentiam et ambitionem,

H 2

cogen-

- u) Bachius *de magistratibus*, in Hist. Iur. Rom. L. II. C. II. §. 7. p. 209. sq. p. 210. Gulielmi Ranchini *Edict. perpet. restit. L. II. Dig. T. II.* in Ger. Meermannii *Thef. iur. civil. &c. T. III. p. 242.*
- x) Schulting *Enarr. I. Part. Dig. h. T. §. 2.* Noodt *Comm. ad Dig. h. t. p. 50. T. II. Op. omn.*
- y) Ferandus Adduensis in *Explicationum iur. civ. L. I. C. ad L. I. pr. D. Quod quisque iur.* in *Thef. iur. civil. Otton. Tom. II. col. 517.* Franc. Balduinus *Not. ad Dig. L. II. T. II. Leg. I. in Iurispr. Rom. Att. Tom. I. p. 325.*



cogendosque eos, qui ius dicerent, ad illud aequaliter, non per gratiam reddendum.

Ait Praetor: *Qui magistratum potestatemve habebit.* Magistratus indigitat magistratum urbanum; Potestas vero de iis dicitur, qui Provincias regunt, L. 13. D. *de Iurisdic. 2*). Pergit: *Si quid in aliquem novi iuris statuerit.* Novum ius Praetori dicitur insolitum, inauditum ius, a regula recedens, simulque iniquum. Ius novum innuit iniquitatem. L. 3. D. h. t. Hoc sensu Tiberius apud C. Tacitum dicitur *novi iuris repertor* <sup>a</sup>). Eodem sensu novum et aequum decretum sibi opponit M. T. Cicero <sup>b</sup>). Ius novum statuere in aliquem igitur est inique aliquid adversus quem contra iuris regulam decernere <sup>c</sup>).

Non sufficit vero voluntas et conatus statuendi, si hic effectum non est fortitus. Si igitur is, qui iurisdictioni praest, novum ius statuere voluerit, sed prohibitus fuerit, adeoque eius decretum effectum caruerit, edictum locum non habet. *Statuit enim rem perfectam* significat, iniuriamque non coeptam modo, sed et consummatam. L. 1. §. 2. D. h. t. Rationem peto ex eodem Ulpiani Libro III. *ad Edictum*, ex quo desumpta similiter fuit L. 18. D. *de poenis*. Ibi dicit: *cogitationis nemo patitur poenam*. Pertinet hoc dictum ad nostrum caput, eiusque causam

2) Magistratus in urbe, potestates in provinciis distinguit C. Suetonius in Claudio C. 23.

a) C. Tacitus L. II. Annal. C. 30.

b) M. T. Cicero in Orat. pro P. Quintio. C. VIII. Act. in Verrem I. Cap. 52.

c) Rad. Fornerius: *Rer. quotidian.* L. III. C. 24. in *Thef. iuris civ. Ottoniano.* T. II. p. 219.



sam et rationem continet <sup>d</sup>). Magistratus ergo ob consilium et animum iniqui quid decernendi, novumque ius statuendi, non incidit in huius edicti poenam, quae non infligitur, nisi iniuria consummata fuerit, decreto iniquo effectum sortiente <sup>e</sup>).

Edictum vero, edictique severitas ac poena locum non habent, nisi magistratus dolo, vel in gratiam, vel odium ius novum statuerit, seu iniqui quid decreverit. Quodsi igitur adfessoris errore aut imprudentia ius aliter dictum sit, quam oportuit, id magistratui non officit, sed assessorem tenet, qui ius iniquum suggestit <sup>f</sup>). Sunt, qui putant, in L. 2. D. h. t. redundare, vel minus genuina esse verba: *sed ipse adfessori*. Verum illa sincera esse, et iuris convenire praeceptis, manifestum est <sup>g</sup>). Assessores enim adhibebantur a magistratibus populi Romani, et provinciarum rectoribus, rerum saepe gerendarum, quam iuris peritioribus, quo ipsos ius edoceret et quid statuendum et decernendum esset, suggererent. L. 1. D. *de offic. assessor.* <sup>h</sup>). Iuris igitur error et imperitia non in magistratibus plecti debet et coerceri, sed in

H 3 assesso-

<sup>d</sup>) Jac. Cuiacius L. VIII. Obs. et emendation. Cap. XXII. Tom. 3. Oper. omn. p. 207.

<sup>e</sup>) Schulting h. t. §. 3. Noodt h. t. p. 50. T. II. op.

<sup>f</sup>) Paulus L. 2. D. h. t. Noodt h. t. p. 51. Schulting §. 4. h. t. Desid. Heraldus de rer. iudic. auctor. L. I. C. 8. Tom. II. Thef. iur. civ. Otton. p. 1121.

<sup>g</sup>) Gebauerus *de magistratibus* in not. 16. ad L. II. D. h. Corp. iur. civ. P. II. p. 26. Heraldus c. I. Schulting. Enarr. Dig. §. 4. h. t.

<sup>h</sup>) Tir. Cod. Theodof. *de assessoribus domesticis et Cancellariis* ibique Jac. Gothofredus in Comm. Tom. I. p. 73. sq.



affessoribus, quorum est officium iura scire et fuggerere. Incidit vero etiam in Edicti poenam, secundum caput eius alterum, is, qui sua postulatione ius iniquum obtinuit ac impetravit. L. 3. pr. D. h. t. Postulavisse non sufficit, sed requiritur, ut obtentum sit ius novum, et impetratum, non vero ut is, qui obtinuit, iure *iniquo* etiam usus sit. Legitur vulgo, etiam Florentiae: *iure aliquo*, sed legendum esse: *iure iniquo*, quilibet animadvertet<sup>i)</sup>. Si procurator meus postulavit ac impetravit, ego, si mandavi specialiter, vel ratum habui, eo iure uti teneor. L. 3. §. 1. D. h. t. Si tutor vel curator adolescentis ac furiosi ius iniquum obtinuerit, is solus tenetur. L. 3. §. 1. D. h. t. Procurator suam datus in rem, si ius impetraverit iniquum, similiter edicto coercetur. L. 3. §. 1. D. h. t. Si is, pro quo spondisti, impetraverit, ne aliquis debitor ipsius exceptione adversus eum utatur: deinde tu in negotio, in quo spondisti, velis ea uti exceptione, nec te, nec ipsum hoc impetrare oportet, quamvis iniuriam patiaris, si debitor non sit solvendo. Incidit ita in edictum fideiussor, si is, pro quo intercessit, ius iniquum impetravit, L. 3. §. 3. D. h. t. <sup>k)</sup>.

Si filius in magistratu incidit in hoc edictum, an in his actionibus, quas ex illius persona pater intendit, huic edicto locus sit, quaeritur. Ulpianus respondet, se non putare, quia patris conditio filii facinore deterior fieri nequit. L. 3. §. 4. D. h. t.

Poenam

i) Noodt h. t. p. 51. c. 1.

k) Ant. Quintanaduegna Tr. de iurisd. et imp. L. I. T. II. N. 22. sq. in Gerh. Meermannii Thes. iur. civ. Tom. II. p. 220.



Poena edicti etiam ad heredem transmittitur illius, qui ius obtinuit iniquum, L. 3. §. 5. D. h. t. Repugnare id videtur regulae iuris, actiones ex delictis poenales non dari in heredes. L. 33. D. de obl. et aff. L. 20. D. de poenis, L. 1. pr. D. de priv. delictis, Verum si rem accurate expendas, non poenam ac iudicium poenale heic subesse deteges, sed omnes illius actiones, qui incidit in edictum, quaesitas et adhuc acquirendas hac quasi labe hocque vitio affectas esse, ut in illis tale ius pati et experiri debeat, quale impetravit olim sua postulatione. L. 3. §. 6. D. h. t. Cum hac labe, et poena, qua ipsa actio affecta est, haec ad heredem transmittitur. Heres autem istam iuris talionem non nisi in hereditariis, non vero in illis actionibus perpeti tenetur, quas proprio iure intentat <sup>1)</sup>.

Ex hoc Edicto non datur actio, multo minus actio vere popularis, sed facultas tamen et potestas impertitur cuivis, iuris eiusdem exigendi, postulandi, impetrandi, quod quis inique statuit, obtinuitque, ut hic eodem iure utatur in causa praesenti. Perinde vero est, sive id ius novum constiterit in actione non competente concedenda, sive in remedio iuris insolito admittendo, sive in actione deneganda, sive in exceptione seu defensione iniusta et non fundata indulgenda, vel iusta perperam repellenda <sup>m)</sup>.

Quaeritur vero, utrum is, qui exceptione ex hoc edicto petitionem ac actionem alterius remove, amoliri, elidere potuisset, eam vero omisit, eaque omissa

fol-

1) Schulting Enarr. Dig. h. t. §. 6.

m) Schulting h. t. §. 5.



solvit, repetere queat tanquam indebite solum. Iulianus respondit, non posse; esse enim naturalem causam debendi, qua repetitio prohibetur. L. 3. §. 7. D. h. t. Commune hoc est huic ex nostro edicto exceptioni, cum omnibus exceptionibus, quae dantur in creditoris coercitionem, probrum, et ignominiam. L. 19. pr. L. 40. pr. D. de *condict. indebiti*. Misere a multis torquetur hoc Iuliani responsum, quamvis illius sensus satis clarus sit hic: Is, qui postulare poterat, idem sibi dici ius, quod adversarius dixerat, statuerat, impetraverat, id omittit et negligit, ac proinde solvit. Solutum ille, ceu indebitum repetere nequit. Superest enim naturalis obligatio, quae repetitionem impedit, nec hoc edicto eiusque civili aequitate sublata est <sup>n</sup>).

<sup>n</sup>) Barthol. Chesius Interpr. iur. L. I. Cap. XXXV. in Heineccii Iurispr. Rom. Attic. Tom. II. p. 180-182.

F I N I S.












Ka 3910


S

Vol 186 S 100f

100







Farbkarte #13

B.I.G.

IO. CHRIST. WILH. DE STECK  
OBSERVATIONUM  
SUBSECIVARUM  
SPECIMEN.



HALAE,  
APUD IOANNEM IACOBUM GEBAUER.  
MDCCLXXIX.

